




1. De Iure rerum, et Iuris in re speciebus. R. Henr. Hahnig. Art.  
 2. De Iure Apostolorum. P. Andri. Götschae. R. Marder.  
 3. De Libello in actione Hypothec. rite formando. P. J. F. Riving. R. H. Hahnig.  
 4. De Redintegratione Circulorum. P. R. I. P. N. C. Lyncker. R. D. v. Riving.  
 5. De Tacito pignore locatoris in rebus Conduktoribus illatis, occasione. L. C. Locat. R. G. H. Brückner. R. J. M. Stockig.  
 6. Henr. Occelli Statutes Juridicae ad fin. G. d. Struvium.  
 7. De natura, et interpretatione Sponsionis. P. F. Ludovici. R. A. Hammer.  
 8. De captatoris Institutionibus. P. C. Thomasig. R. A. Thomae.  
 9. De Jure circa actus imperfectos. P. H. Occelli. R. J. H. Hammer.  
 10. De Compensatione Debitorum publicum. P. F. C. Harprecht. R. G. Harot.  
 11. De eo quod iustum est durante Iustitio. P. J. H. Böhmer. R. G. Wolde.  
 12. De causis ad Cameram Imperii non appellabili. P. J. S. Styrck.  
     R. Caspar de Lengercke.  
 13. De Investitura abefiva. P. S. Styrck. R. J. F. Grünff.  
 14. De incerta & ambigua decipline. P. S. Styrck. R. J. S. Hartfischel.  
 15. De Causa incidente. P. S. Styrck. R. T. Knorre.  
 16. D. Luderii Menokenie Paralipomena Iuris admiricula per  
     Indicem proposita.  
 17. De jure preuum publicaru. P. J. H. Böhmer. R. F. à Saltern.  
 18. De Divisio propter insidias vitae fructus. P. S. Styrck.  
     R. E. P. Memminger.  
 19. De eo quod iustum est circa lucrum publicum. P. J. H. Böhmer. R. H. Schman.  
 20. De Sponsalibus de furto et de praefenti. P. Ide. J. G. Große.  
 21. De origine ac progressu Procesu Inquisitoriu contra sagas.  
     R. C. Thomasius. R. J. P. Pfaffen.  
 22. De Concubinatu. C. Thomasig.  
 23. De Matrimonio illustri ex ratione statutis. R. H. Höfler.  
     R. J. M. Auerbach.  
 24. Absolutio a juramento. R. J. H. Bott. R. J. G. de Werderick.  
 25. Resolutio obseruantiae canonicae. R. H. Graff.  
 26. De Bogamiae praescriptione. P. C. Thomasig. R. G. Linn.  
 27. De privatis Legatorum sacris. P. J. H. Böhmer. R. G. Hering.





3.

**DISPUTATIO JURIDICA  
De  
LIBELLO  
IN  
ACTIONE HYPO-  
THECARIA RITE  
FORMANDO**

*Quam*  
**Consensu Illustris JCtorum Ordinis  
in ACADEMIA LIPSIENSI  
defendent**  
*P R A E S E S*  
**D. JOH. FLORENS RIVINUS**  
*&*  
*R E S P O N D E N S*  
**M. JOH. FRID. HOECKNERUS.**  
*Ad diem 17. Jun. MDCCVI.*

---

*L I P S I A E,*

Literis ANDREAE ZEIDLERI.

*AD*  
**ILLUSTRIBUS atq; EX-**  
**CELLENTISSIMIS**  
**DNO. JACOBO**  
**BORNIO**  
Jcto; POTENTISSIMI REGIS POLO-  
niarum & Electoris Saxoniae in Sanctiori Senatu, &  
summo Provocationum Judicio Consiliario Intimo, Facultatis Juris-  
dicæ in Academia Lipsiensi Ordinario, Decretalium Professori Publico  
Academiae Decemviro, Capituli Martisburgensis Canonico, Curiae  
supremæ Electoralis Ducalisq; Assessori, Consistorii Directori,  
Scabinatus Seniori, atq; Reip. Lipsiensi Consuli.

**NEC NON**  
**DNO. BERNARDO**  
**ZECHIO**

Ejusdem POTENTISSIMI POLONIARUM REGIS  
& Electoris Saxoniae in Sanctiori Senatu ut & finium  
Regudorum, Rerumq; ad Cameram Imperialem  
Spectantium Consiliario

**DOMINIS SUIS GRATIOSIS**

Dissertationem hanc humillime  
offerunt

*Devotissimi Clientes*  
**PRAESES**  
&  
**RESPONDENS.**

B. C. D.



Ncidit non ita pridem in manus nostras, Disputatio, de Libello Alternativo in Actione Hypothecaria admittendo, Preside DN. SIMONE HENRICO MUSAEO, INSTITUTIONUM nec non JURIS NATURAE & GENTIUM PROFESSORE PUBLICO Kiloni habita; In cuius perlectione valde mirati sumus intemperantiam calami, quem in illos, qui in Actione Hypothecaria, juxta ejus naturam atque indolem, libellum alternativè concipiendum non esse statuant, inconsideratè nimis stringit Author, dum horum rationes pro coeco quodam rabulariae instinctu habet, easq; primâ saltem specie momentosas ac subtiles, reapse vero crassas, judicat. Ceterum cum in Academiis sancta semper ac salva debeat esse dissentendi libertas, nec aegrè ferendus, qui sine praeconcepta opinione, solo veritatis amore, momenta quaestionum, quae in utramq; partem allegari solent, modestè perscrutatur; Integrum & nobis erit, controversiae hujus fundamenta, secundum genuinum Juris Civilis aequum ac Canonici intellectum sub examinis incudem revocare, ut postmodum appareat, cui maxime opinioni sit subscribendum: In eo amicè cum Authore d. Diff. §.6. conspirantes, quod solida Theoria & Praxis incorrupta, hic nulla inter se pugna committi debeant. Ratos jubeat Divina Clementia conatus nostros!

Th. I.

**A**lternativum libellum, ob incertitudinem, & obscuritatem, quam inducit, in judiciis non esse admittendum, constans atq; perpetua JCTorum ex L.7. §.4. ff. de Injur. est opinio.

**opinio.** Verum cum haec ratio adaequata tantummodo sit, quando alternatio factum respicit, quod certum dicere debet ac potest Actor, WOLF. ADAM LAUTERBACH in colleg. *Theor. Pract. Tit. de Edendo tb. 21.* non etiam si petitum libelli alternè informatum; Inde causa rejectionis tunc querenda potius erit, in ejus ineptitudine, si non rite petatur juxta naturam Actionis institutae B. CARPZOV. in Proceſſ. Tit. 6. art. I. n. 39. quamvis vel maximè nullam pariat obscuritatem aut incertitudinem, sed judex certam ferre sententiam possit, non obſtante periti alternatione.

### II.

**T**alis Libellus quoad petitum Alternativus, an locum inveniat in Actione Hypothecaria, sub quā non quasi-Servianam faltem, quae ita specialiter salutatur §. 7. & 31. *J. de Action.* sed etiam Servianam intelligimus; quarum illà locator praedii rustici de rebus coloni, quae pignoris jure pro mercibus fundi ipsi tenentur, hāc vero quilibet Creditor de rebus oppignoratis contra quemcunq; possessorē experitur, haud leviter inter Doctores disceptatur. Affirmavam tueri satagit Author dictæ disputationis; sed negativam legibus ac firmissimis rationibus esse innixam, nec non in foro receptam ex subsquentibus constabit.

### III.

**N**E vero Andabatarum more pugnam ineamus, pro ritè formando controversiac statu Tria præmittimus. Primum: Litem non esse de cumulari actione reali cum personali, ubi alternativè, ut Reus vel debitum solvat, vel pignus actori, donec ipsi satisfactum, exhibeat, peti posse, ultrò concedimus. Haec cumulatio commodè fit contra ipsum Debitorum, intuitu cuius cum duplex concurrat obligatio, una quidem personalis, ex praecedente ipsius contractu, altera Realis, quae ex jure pignoris constituto provenit, *L. 24. C. de Pignor. & Hypoth.* non potest non duplex quoq; produci actio, ubi in arbitrio Creditoris erit, an solā personali experiri,

periri, & si ea electa suum plenè non fuerit consecutus, rea-  
lem intentare, DAVID MEV. P. 8. Dec. 189. aut hanc cum  
illa, in uno eodemq; libello cumulare velit. Textus est  
expressus in *Novell. IV. c.2.* verb. *contra principales tamen &*  
*existentes apud eos res sive personalibus, sive hypothecariis, mox*  
*sive ambabus uii voluerit, omnem ei danus licentiam :* Quid  
vero duarum actionum conjunctione opus esset, si ex naturâ  
solius hypothecariae reus alternative condemnari posset?  
Videantur de hac cumulatione DYNUS MUXELLANUS  
in *Reg. Jur. Pontif. 20. n.16. & 23.* BARTOL. ad d. *Nou. n. II.*  
& ad L. 16. ff. de *Exception. n. 3.* & L. 3. C. de *Edendo n. 18.*  
BALDUS in L. 14. C. de *Oblig. & Action.* JOH. PETR. DE  
FERRARIIS in *Practica Tit. de forma libelli in Actione Hy-*  
*pothecar. fol. 375. & 389.* NICOL. DE SPINELIS ad §. Item  
Serviana J. de *Action. vers. Quaero ulterius.* JOH. MARIA  
RIMINALDUS ad d. l. 3. C. de *Edend.* LUDOVIC. BO-  
LOGNINUS in *Interpretationibus Juris novis*, editis Bononiae  
An. 1495. ad Tit. ff. de distract. pignor. qui allegat ALEXANDR. DE IMOLA vol. 5. consil. 100. eumq; sequitur JOH.  
FRANC. RIPA ad Rubr. ff. de Pignor. & Hypoth. n. 17. JOAN.  
SICHARD ad L. 24. C. de Pignor. n. 1. GVIDO PAPA *Decis.*  
*Gratianop. quaest. 108.* & ad eam P. MATTHAEI & STE-  
PHAN. RANCHINUS. NICOL. BOERIUS *Decis.* 334. &  
plures Dd. ab ipso allegati. ANTON. NEGUSANT. de Pi-  
gnor. & Hypoth. part. 8. m 2. n. 6. JOACH. MYNSINGER cent. I.  
Obs. 58. ANDR. GAILIUS Lib. 2. obs. 26. n. 4. JOH. ZANGER  
de *Exception. part. 2. cap. 19. n. 29.* JOH. OLDENDORP de *A-*  
*ction. Clas. 3. act. 10. affin. remed. 3.* Jlico UMMIUS ad Pro-  
cess. Disp. 6. th. 15. n. 71. CAMILLUS BORELLUS *Decis. tit. 49.*  
n. 83. WILHELM LUDWELL ad §. 7. f. de *Action. n. 9.* MER-  
CUR. MERLINUS de Pignor. & Hypoth. lib. 5. tit. 2. quaest. 60.  
n. 1. B. CARPOZOV. Lib. 2. resp. 53. n. 35. LAUTERBACH in col-  
leg. ad ff. tit. de pign. & hypoth. ib. 76. ANTON. MARIA BER-  
TOLUS ad Nonium Acostam de *Privileg. Credit. Part. 2. artic. 5.*

n.12. CHRISTIAN. LANGE *I sag. ad Process. Jur. cap. 34. n.164.*  
BURCHARD. BARDILI *Concl. Forens. Exercit. 39. tb.23.*  
JOACH. CHRISTIAN KOCH *in Prax. Forens. Germ. p.207.*  
Ex quā cumulatione, non potest non prodire petitum libelli  
alternativum. Et tale admiserunt Dn. Scabini Lipsienses  
M. Februar. 1690. in causa *Beit Vogels contra Catharinem*  
*Arnoldin ad Praetorium Annabergense*: Nec non M. Se-  
ptembr. 1702. in causa *Daniel Adams/ contra Annen Ma-  
rien Krausin / an das Ober-Auffseher-Amt zu Eisleben.*  
Ubi in rationibus decidendi: Obwohl angeführt werden  
möchte/dass das Libell nicht bestehen könne / in Betrach-  
tung darinnen alternative entweder auf Bezahlung derer  
geklagten Forderungen / oder Abtretung derer dafür ver-  
hypotheirciten Grundstücken gebethen. D. a. d. Actio  
hypothecaria und personalis contra debitorem gar wohl  
in einem libello cumularet werden können. So ist vor  
uns gesprochener massen billig erkannt. vide DN. RIVIN:  
*ad Ord. Process. Saxon. Tit. V. Enunc. 35.*

#### IV.

**E**adem ratio est in Debitoris Heredibus, siquidem contra  
hos quoq; actionem & personalem & realem, si de-  
tent res pignoris jure obligatas, competere ex L.2. C. si u-  
nus ex plurib. hered. elucescit. Et personalis quidem, quia  
heres una eademq; persona cum defuncto dicitur Nov. 48.  
*in praef. BLAS. ROBLES SALZEDO de Repraesent. Lib. I. c.2.*  
*n. 3. & lib. 2. c.2. n 3. cumq; repraesentat Decis. Rot. Roman. 41.*  
annexa Acostae *Tract. de Privil. Credit. n.16.* Realis vero, quod  
rem possideat, FRANCISC. BALDUINUS de Pignor. & Hy-  
potbec. *cap. 14.* Idq; procedit absq; discriminē; sive sit consti-  
tuta expressa, sive tacita hypotheca. JOH. BAPTIST. COC-  
CINUS *Decis. Rot. Roman. 1507. n.61.* JOACH. SCAYNUS  
*Decis. Rotae Bononiens. 41. n. 2.*

#### V. Haec



**H**AEC cumulatio tamen incongrua erit, si unus saltem ex pluribus heredibus in specie conveniatur a creditore in solidum, ut aut solvat debitum, aut tradat praedium, quod in divisione bonorum adeptus erat. Cum enim intuitu actionis personalis nomina sint ipso jure divisa, ita ut quilibet herendum non nisi pro sua, quam in hereditate habet, portione condemnari possit. L. I. C. si certum petat. Econtra pignoris causa sit individua, L. 65. ff. de Eviction. L. I. & 2. C. si unus ex plurib. hered. JOH. OTTO TABOR. Relat. Argent. 65. n. 8. GEORG FRANZKIUS Lib. I. Refol. 12. n. 66. CARL. DE MEAN ad Jus Civil. Leodiens. obseruat. 213. n. 4. DN. JOH. HEINRIC. BERGER. in Elect. Discip. Forens. Tit. 5. obf. 9. ita ut creditor unius rei oppigneratae possessorem in solidum convenire possit, licet plura bona oppignerata a diversis possideantur PETR. PHILIP. CORNEUS vol. 3. Conf. 237. n. 3. nec amittat actionem ob integrum debitum continuatam, licet alter correorum ob desertionem probationis fuerit absolutus DN. BERGER. l.c. p. 169. nec etiam cogi queat, a pluribus possessoribus per partes suum consequi, MAR. GIURBA, observ. 94. n. 3. nec ipsi in hypothecaria. Exceptio plurium litis Consortium cum effectu objici MEV. part. 7. Decif. 402. DN. RIVINUS in specim. Except. cap. 9. n. 8. Quin potius pluribus in actione hypothecaria condemnatis, quilibet etiam teneatur in solidum, adeo ut licet unus solvat suam debiti partem, non tamen absolvatur, CARL. RUBEUS DE BU-XETO in Tract. de Confusione Jur. defunct. & hered. cap. 3. §. 1. n. 276. ANTON. FABER in Rational. ad L. 8. §. 2. ff. de pign. aet. nisi consentiente actore. Inde ignorantiam proderet suam advocatus, qui integrum debiti solutionem intendens personalem & hypothecariam uno libello conjungere auderet. Exceptio est in causâ Legati, ubi hypotheca est divisibilis, ex speciali Juris dispositione in L. I. C. commun. de Legat. JACOB MENOCHIUS conf. 1052. n. 7. JOH. BRUNNEMAN

cent.

cent. I. Decis. 44. COCCINUS Decis. Rot. Roman. 1452. n. 9.  
JOH. à SANDE Decis. Frisic. Lib. 3. Tit. 12. def. 23. Beat. BARTH.  
LEONHARD. SVENDENDORFFER, (quem superiori anno  
vivis erexit ipsa Themis luget) de Action. successor. artic. 4.  
§ 7. pag. 220.

## VI.

**S**ed & alii emergere possunt casus, quibus ne quidem contra Debitorum ejusve heredes personalis cum hypothecariâ cumulari, adeoq; alternè peritum informari poterit. Quid si enim possessor hereditatem adire nolit, aut aliter conifer, eundem non esse heredem PAUL CASTRENSIS cons. 447. Quid si pluribus existentibus heredibus solvat ratam debiti, qui possidet hypothecam? JACOB CUJACIUS Lib. 5. obs. 32. Quid si Creditor non iniuritate causae, sed culpâ suâ, actione personali institutâ, litem amiserit, forte, quia non rite formavit libellum, vel judicium, non ut par erat, observavit. *Idem in Paratitl. Codic. de Luitio. pignor. DIONYS. GOTHOFR. ad L. 2. C. de Luitio. pignor. lit. d. PAUL. BUISIUS ad L. 1. §. cum praedium ff. de pignor. & hypothec. n. 6. seq. AMAD. ECKOLT in compend. ff. tractat. tit. quib. mod. pign. §. 2. n. 2.* Quid si actioni personali jam jam praescriptum. Certum siquidem est, quod quamvis pereat actio personalis triginta annorum spatio L. 3. C. de praescript. 30. vel 40. annor. maneat tamen hypothecaria L. 2. C. de Luit. pignor. ibiq; GOTHOFR. lit. e. ad quadraginta annos, contra debitorem ejusve heredes L. 7. §. 1. C. de praescript. 30. vel 40. annor. BALDUS Vol. 3. cons. 4. NICOL. VIGELIUS. in Method. Jur. Civil. part 5. tit. 17. cap. 12. n. 60. JOAN CROTUS Repetit. in cap. cum tamen X. de Usur. n. 32. NICOL. EVERHARD cons. 6. n. 29. JAC. CANCERIUS var. Resolut. part. 3. cap. 1. n. 205. PETR. GILCKENIUS de Usucap. part. I. cap. 4. n. 19. JOH. JACOB. WISSENBACH ad ff. Disp. 49. lib. 20. n. 35. Quod nullâ ratione à Justiniano

con-

constitutum ait BERTRAND ARGENTRAEUS in *Confuet. Britannie artic. 273. cap. de hypoth. prescript. n. 20.* Cautus pro-indè causarum Patronus, antequam pro consequendo Clientis debito formet libellum, sedulò disquirat, an forte actioni personali obstet tricennalis præscriptionis Exceptio, quò si nondum quadraginta anni præterlapsi, hypothecaria Principali creditum in salvo conservare possit. HUBERTI si quidem GIPHANII opinio ad l. 2. C. de *Luitione pignoris* quam recitat WISSENBACH l. c. nempe quod regulariter 30. annis finiatur actio personalis, hoc vero casu hypothecariæ quoad durationem sit exæquata, vix ac ne vix quidem, utpote lege destituta, applausum invenit. Multominus HUGONIS DONELLI, qui vim textui insert. in *Comment. ad d. L. 2.* atque particulam NON intrudit, ac putat l. 7. §. 1. C. de *prescript. 30. vel 40. annor.* accipiendam solum esse de eo casu ubi prius personali actum est, aut debitor debitum denud agnoscit. Communem doctrinam, hypothecariam per decem annos ultra personalem durare, secutus est Senatus Appellationum Dresdenis in causa Haubold Heinrichs von Starchedel/ contra August Döringen/ licet enim Actor hypothecæ constitutæ & à reo possessa mentionem injiceret, quoniam tamen petitum saltem ad condemnationem solutionis crediti dirigeret, Reus ad propositam actionem respondere haud tenebatur *Termino* & *anno* 1676. ubi in Protocollo: Weil hier nur de præscriptione tricennali die Frage/ indem Kläger nicht eigentlich actionem hypothecariam angestellet. Ob er wohl der hypothec und dero Besitzer gedenket/ so hat er doch nicht infonderheit ihm in die hypothec zu verhelfsen gebethen/ sonsten ihm mit der Quadragenaria noch wäre zu helfen gewesen. Paria quoque fata expertus *Anno sub sequenti Termino Trimitatis* D. W. C. M. contra Lib. Baron de Rechenberg: Das Weil. auf die Klage sich einzulassen nicht schuldig; Es könnte und wolte denn Kl. die Interruptionem præscripti-

scriptionis besser als geschehen/beybringen ic. Quæ sententia,  
quamvis actor per modum leuterationis urgeret, hypothecaria  
non nisi 40. annis finiri, qui ab An. 1645, usque 1677. non-  
dum præteriti essent *Termino Martini*, eò quod peritum ten-  
deret non ad immisionem in rem oppignoratam, sed ad con-  
demnationem personalem, confirmata fuit.

## VII.

**D**ubitari quidem posset, an hæc jure Saxonico obtineant; cum per artic. 29. lib. I. LandR. duæ tantum expressæ repe-  
riantur præscriptionum species; Annalis & Tricennalis eum additamento saxonico, quibus omnia jura & actiones termi-  
nantur; Verumenimvero per hanc Juris Saxonici dispositio-  
nem, non sunt sublatæ singulares illæ præscriptiones, Jure civili excitatæ & inventæ. CARPZ. lib. I. Resp. 35. n. 12. seq.  
MATH. BERLICH. Concl. 8. part. 2. n. 18. seq. Inde Dn. Scabi-  
ni Lipsiensis M. Decembr. 1668. à Joh. Sigemund. Neumanao  
consulti, sequentem in modum versus Dresdam de Jure re-  
sponderunt: Wollet ihr berichtet seyn / ob die Actio Hypothe-  
caria, contra ipsum debitorem vel ejus heredes de Jure Sa-  
xonico, und in diesem Lande durch Verfließung 31. Jahr 6. Wo-  
chen 3. Tage oder aber nach Verlauff 40. Jahren præscribitet  
werde. Ob nun wohl nach Sachsen-Recht alle Schulden nach  
Verlauff 31. Jahr 6. Wochen und 3. Tage præscribitet werden.  
d. a. d. in Rechten und zwar in L. 7. §. quam brem i. C. de prescripte.  
30. vel 40. annor. dissäfals absonderlich verordnet / daß die Actio  
Hypothecaria contra Debitorem ipsum & heredem ejus, an-  
derer gestalt nicht/als nach Verlauff 40. Jahren verjähren solle/  
welche Verjährung denn / so wenig als andere Præscriptiones  
singulares nach bewährter Rechts-Lehrer Meynung in Sächsi-  
schen Rechten aufgehoben. So ist auch die Actio Hypothe-  
caria anderer gestalt nicht/als nach Verlauff 40. Jahren / wann  
die Hypothec nicht an den dritten Besitzer gelanget / sondern

am-

annoch bey dem Debitore unbedessen Erben zu finden/ durch die  
Præscription aufgehoben V. R. W.

## I I X.

**P**Orro quod Fidejussorem pignus possidentem attinet, cum  
& hic simul personaliter creditori sit obligatus, ita ut actione  
tam reali quam personali conveniri possit BARTOL. ad L.  
24. C. de pignor. n. 4. contra eum quoque hypothecariam per-  
sonali actioni adjungere licebit. Ita factum esse coram Senatu  
Appellationum Dresdeni Termino aſſivo 1702. in causa des  
Churfürſtl. Sächſis. Steuer-Procuratoris contra Gr. Mariett  
von Klenzel refert. DN. RIVINUS ad Ordinat. Proc. Sax. l. c.  
sicuti econtra Fidejussorum actionem personalem mandati con-  
trariam, cum hypothecaria cumulare potest ANTON HE-  
RING de Fidejussoribus cap. 25. n. 152. ubi responsum Acade-  
miae Aldorffinæ consil. 104. in princip. recitat.

## I X.

**E**st præterea casus, quandò etiam contra Tertium pos-  
ſorem, alternativa petitio proponi potest; si scilicet  
is, qui fundum hypothecatum à debitore emit, in contra-  
ctus Instrumento, personalem venditoris obligationem in  
se suscepit; Cum enim per agnitionem debiti, accedat  
factum possessoris proprium, quod obligationem producit,  
eumque verum debitorem constituit, hinc non solum post-  
ea creditor solutionem urgere, sed & in uno libello simul  
immissionem in fundum oppignoratum & quidem in Ele-  
ctoratu Saxonia, si omnia libelli capita in continentि per  
Documenta liquidò probari queunt, disponente ita §. 8. Resol.  
*Gravam. de Anno 1661. Tit. Von Justitię Sachen/ median-  
te processu summario petere poterit, si modo initio actionis  
in promptu sint omnia Documenta, ut editionem eorum pe-*

tere non opus habeat. Egregie rem illustrat Responsus  
Dn. Scabinorum Lipsiensi. M. Jul. 1689. an Fr. Dorotheen von  
Taubenheim Erben zu Kölka. Hat einer Mutter / Fr. Anna  
Dorothea von Taubenheim in An. 1682. Fr. Sophien Mag-  
dalenen von Altmannshofen 1200. Fl. um Landübliche Ver-  
zinsung gegen Verpfändung ihres Ritter-Guths Zschirken  
vorgescrecket und es hat nach ihrem Absterben ihr Lehns-Folger  
Hans Ulrich von Altmannshofen besagtes Guth in An. 1687.  
an Otten von Dieskau verkauft / welcher obige Schuld-Post  
zubezahlen übernommen; Nachdem er nun seither keine Rich-  
tigkeit getroffen / seyd ihr aniso wider ihn flagbahr zu wer-  
den / die Vollstreckung der Hülfe in das verschriebene Unter-  
pfand zu suchen / und zu dem Ende auff die Haupt-Obligati-  
on sub A. zu samt den Thürfürstlichen Sachsischen gnädigsten  
Consens sub B. dann ernannten von Dieskau Kauff-Brief  
und Specification der angewiesenen Schulden sub C. & D.  
auch ein Schreiben/ darinnen er um Stundung angefuchet sub  
E. euch zu beziehen und deren Recognition zu fordern geson-  
nen. D. N. W. Alle facta libelli aus angezogenen Docu-  
menten zu erhärten / in welchem Fall auch in Hypothecaria  
actione schlechter dinges auff recognition der Documenten  
geklaget werden kan / aus denen Urkunden sub C. & D. auch/  
dass der von Dieskau personaliter obligiret / zu erkennen / also  
das Petitorum dergestalt wie in dem beygelegten Libell sub sig.  
C. geschehen / wohl eingerichtet werden mögen. D. a. d. eurem  
Berichte nach/ ihr die Urkunden sub C. & D. nicht in Händen  
habt / derer Documenten Edition hingegen nur in Processu  
Ordinario bey dem Beweiss gesuchet werden kan/diese beyde auch  
zwischen euch und den von Dieskau nicht auffgerichtet / diesem-  
nach pro communibus nicht zu achten/ und der Defl. sie zu ediren  
nicht gehalten; Hiernechst aus dem Document sub E. was  
euch der von Dieskau schuldig / und ob er darinnen von der aus  
der Obligatio sub A. herrührenden Schuld - Forderung rede  
deutlich nicht zu erkennen; In übrigen aus denen Documen-  
ten

ten sub A. n. B. die Richtigkeit der Schuld/ und daß solche auf dem Gute Ischirien unterpfändlich hafte/genungsam zu ersehen/ in dergleichen Fällen/ und da ein Stück Gute zum Unterpfand wegen einer gewissen Schuld- Post specialiter dem Creditori eingesetzt/ auch contra Tertium Possessorem, wann er gleich bey Erlangung des Gutes solche Post nicht übernommen/ actione hypothecaria so fort und ohne vorhergehende Excus- sion wider den Schuldner selbsten/ verfahren werden kan. So hat zwar die Klage sub C. wider den von Dieskau dergestalt/wie sie anbracht/nicht statt/ im Fall aber unläugbar/ daß ernannter von Dieskau Ischirien besitzet/ ist euch actionem hypothecariam wider ihn anzustellen/ und nur der beyden Documenten sub A & B. recognition, und daß nach deren Erfolg/ Bekl. zu Abtretung des Unterpfandes/ bis ihr wegen des Capitals der 1200. fl. davon außgelauffener Intresse und Unkosten vergnü- get/ angehalten werden möge/ zu suchen unbenommen B. N. W. Quodsi igitur deficiat instrumentum venditionis in quo solutionis præstationem in se recepit emitor, satius est solam in- situere hypothecariam. Ita Senatus Appellationum in cau- sa George Heinrichs von Lockewin/ contra George Carlin von Carl- witz/ cui summa 3000. fl. in partem pretii imputata erat, instituta summariter actione hypothecaria definitivam serebat sententiam Term. Hyemal. 1697. Dass die producirten Documenta nunmehr pro Recognitis, und Bekl. pro confessio. & convi- cto zu halten/ der wegen Er Al. Principali das halbe Theil des Ritter-Guths Ilendorff samt dessen Pertinentien/ solange bis derselbe wegen derer libellirten 3000. fl. Capital nebenst dem Interesse moræ, und veruhrsachten Unkosten befriediger/ als sein ihm verschriebenes Unterpfand abzutreten schuldig B. N. W.

## X.

**A**ltiorum quod præmonendi sumus, respicit Tolerantiam libelli Alternativi in actione hypothecaria, non quidem in hunc effectum, ut Judex in condemnatione petitum actoris sequi debeat, sed potius, ut in eo resecat atque omittat quod incongruum, inutile ac superfluum. Evidem notissimus est Doctorum rigor, qui libellum ineptum, parte etiam non monente ex officio à judice reiiciendum, dentibusque lace-

randum esse existimant, apud B. CARPOVIUM in Proces.  
Jur. Tit. 6. art. 1. n. 36. Secundum quem in causâ per octo, &  
quod excurrit, annos in judicio agitatâ, & ad finem perdu-  
cta Reum ab actione hypothecaria alternativè formatâ, abso-  
lutum fuisse refert, DN. BERGER ad d. Tit. V. in supplem.  
pag. 1770. Non tamen adeò repugnandum esse videtur, si quis  
hancce sententianandi duritiem temperandam putet, ut si ab  
initio litis ineptitudo non animadversa, postea sub finem ejus,  
multis ac magnis sumtibus impensis, neglecto ejusmodi vitio  
Judex, de meritis causæ ex actis certus, definitivè pro actore  
pronunciet, prout in genere de ineptis libellis docent A-B-  
BAS PANORMITANUS in cap. Examinata 15. X. de Ju-  
dic. n. 20. JOH. FICHARDIUS Vol. 2. cons. 31. num. 4. seq.  
ARNOLD DE REYGER ad proc. Judic. Disp. 3. tb. 9.  
HELFER. ULRIC. HUNNIUS in Encycloped. Jur. part. 2.  
tit. 9. cap. 2. n. 35. & Dd ab ipso allegati, UMMIUS de Disp.  
VI. tb. 15. n. 71. cum enim ad officium Judicis pertineat, diri-  
mere lites ac præcavere, ne una ex alterâ seratur, L. II. C. de  
Reb. Credit. Et quæ in rem præsentem faciunt, retinere,  
reliquare rejicere C ASP. ZIEGLER. in Dicastic. concl. 44. §. 4.  
ac potius superfluitatem tolerare, ut verba nihil operen-  
tur, quam inducere iniquitatem A Y M O N. CRAVET-  
TA Cons. 70, num. 29. qualis vix evitanda si absolvatur, ob  
petitum ex parte ineptum, reus ab actione, prout ea instituta,  
& ita actor luat poena ignorantiæ ab Advocate proditæ; inde  
nulli dubitamus quin libellus ejusmodi vitiosus tolerari que-  
at. Imprimis si in fine libelli apposita clausula: Omni meliori  
modo & forma peto jus & justitiam administrari, desuper  
nobilissimum judicis officium imploro. de quarum effectu vi-  
de Recess. Imper. August. de Anno 1551. §. 31. Ordinat. Proc. Sax.  
Tit. 5. §. Nachdem man &c. CELSUS HUGO in Tractat.  
Clausul. sub clausula Libellorum GEORGE OBRECHT Disp. 29.  
de forma actionis n. 625. seq. BRUNNEM. de proc. Civil. caps. n. 3.  
DN. BERGER in Programmat. annexo Resol. LL. Objant. p. 911.  
XI.

## XI.

**H**inc nequaquam necesse habemus, ut in arenam descendamus cum illis, qui libellum alternativum in hypothecariâ sustineri posse putant. Faciunt hòc præprimis Doctores ad cap. 5. X. de Pignor. ubi Pontifex Innocentius III. Episcopo Aquinati committit, ut mulieri, quæ estimationem dotis instantius sibi petebat, contra mariti fratrem, aut inductionem in possessiones quæ mariti fuerant, eatenus condemnnet ad restitutionem dotis, quatenus de bonis reum possidere constet; Ita ANTONIUS DE BUTRIO, BONO-  
NIENSIS n. 4. Nota, alternative posse concludi, ut dos restituatur vel in in possessionem inducatur; Et sic ubi unum est in obligatione, & alterum in facultate solvendi PROCEDAT libellus alternativus. Clariora sunt verba JOANNIS IMMOLEN-  
SIS: Nota practicam libelli pro restitutione dotis, quando agitur contraterium possidentem res hypothecatas pro dote, quod alterna-  
tive POSSIT concludi, ut dos restituatur, vel ut inducatur in possessionem ipsius rei hypothecatae possesse per istum tertium contra quem agitur. Ex his habes, quod si unum est in obligatione, & aliud in facultate solvendi PROCEDAT libellus alternativus & TOLERATUR dicta incertitudo in libello & ex-  
surgit alternativa ex eo, quod pendeat à potestate conventi. Nec alienus ab hâc sententia est ABBAS PANORMITANUS, quem diversis cognominibus modo NICOLAUM SI-  
CULUM, modo NICOLAUM DE THUDISCHIS allegant, dum num. 4. scribit: Nota practicam formandi libellum pro dote ex parte Mulieris, cum agit pro sua dote contra possidentem bona mariti sibi pro dote tacite obligata. Nam POTEST formare libellum alternativum, videlicet petendo illa bona sibi tradi tanquam obligata, vel quod possessor debeat sibi satisfacere pro dote; ET CREDO, quod sufficiat, petere pri-  
mum tantum, ex quo agit hypothecariâ actione, sed secundum non est in obligatione, sed in facultate possessoris, quia quilibet tertius possessor conventus, ab eo qui haber hypothecariam potest illum

illum excludere offerendo debitum suum. Unde ad exuberantem  
cautelam voluit iste, in libello deducere illam partem alternative  
qua est in facultate. Ex hoc & ex textu infero, quod quando unum  
est in obligatione & alterum in Facultate solvendi non vitia-  
tur libellus, si ambo deducantur alternative in libello. Similiter  
ex Recentioribus AUGUSTINUS BARBOSA, LU-  
SITANUS in collectan. ad b. c. n. 5. Libellus alternativus ad-  
mittitur, ubi unum est in obligatione & aliud in solutione. Et  
HENR. ANTON GRANNA-NIETO in Catena Jur.  
adb. cap. n. 5. Licet regulariter libellus alternativus non admit-  
tatur, tamen ubi unum est in obligatione & aliud in facultate sol-  
vendi SUSTINETUR. Huc referimus quoq; ADRIAN. GYL-  
MANNUM, qui quamvis Symphorem Tom. II. part. 3. tit. 2.  
voto. 3. n. 8. non neget in actione hypothecariâ valere libel-  
lum alternativum, tamen mox subiungit: *In formâ sententie*  
*condemnationem debere fieri ad traditionem rei pignoratae, non*  
*ad debiti solutionem.* Et Voto 2. n. 16. Actor recte in libello pe-  
tit sibi possessionem rei pignoratae tradi; Donec sibi solvatur. Con-  
demnatio debet fieri ad traditionem possessionis rei pignoratae,  
non ad debiti solutionem, quamvis in hypothecariâ procedat et-  
iam libellus alternativus. Eandem sententiam fovent AN-  
TON. PEREZ in C. Tit. de Edendo n. 5. ANTON PI-  
NELLUS ad L. 2. C. de Rescind. vendit. p. 3. c. 3. n. 5. & 8.  
NICOL. MOZIUS de Contract. tit. quib. caus. annull.  
emt. n. 27. BERNH. GRAEVE US ad Pract. Camer. Impe-  
rial. Lib. I. Concl. 63. n. 11.

## XII.

**T**ertio in antecessum probè notandum alternativam peti-  
tionem esse tantum formaliter talem, scilicet explicite  
disjunctivam, & in restitutionem pignoris aut debiti so-  
lutionem verbis expressis directam, nec eam pro virtua-  
li ac implicitâ habendam, si actor petat: Donec debitum fue-  
rit solutum pignus restitui. Licet enim particula *Donec vel*  
*maxi-*

maxime involvat conditionem resolutivam seu ut loquitur  
cum BARTOLO ad L. 1. ff. de Condit. & demonstrat. n. 15.  
CARDINAL. TUSCH. lit. D. concl. 271. n. 6. extintivam, ab hac  
tamen ad alternativam petitionem aut condemnationem ne-  
quaquam firma ducitur consequentia; ut taceam dictam par-  
ticulam, non semper importare conditionem sed potius ter-  
minum temporis TUSCHUS d. Concl. 271. n. 1. BARBO-  
SA de diction. usu frequentior. 93. JOH. à FELDE in Tract.  
de scientia Interpret. part. 1. lib. 2. p. 207. verb. durationem indefi-  
nitam. CHRISTOPH PHILIP RICHTER de Signif.  
Adverbior. lit. D. n. 29. CHRISTOPH. BESOLDUS in  
Thesaur. Pract. lit. B. n. 60. JOH. STRAUCH. in lexic.  
Partic. Jur. Voc. Donec. n. 2.

### XIII.

**D**E hoc communi concludendi modo in actione hypothecaria ad traditionem bonorum pignoris nexus obligatorum, ut retineantur donec fuerit satisfactum. Notanter scribit BARTOLUS ad L. 2. C. si unus ex plurib. Illud quod possessio debiti solvendo posuit retinere rem, non est ex natura hypothecaria, que nudam possessionem avocat, sed ex quadam potestate possessori concessa; ideo consultius est, quod concludatur ipso modo: Per eum mihi condemnari ad tradendam possessionem dictae rei retinendam in causam pignoris pro predicta quantitate, Donec mihi integrè satisfiat. Et ad. L. 41. ff. de pignor. aff. n. 12. Consuetudo communis est, quod concludatur sic: peto possessionem cogi ad tradendum possessionem dictae rei, detinendam in causam pignoris, pro quantitate predicta, donec mihi fuerit satisfactum, qui libellus optime procedit. Item HERMANNUS BARENsis de formandis libellis in Tract. Tractat. Tom. III. p. 11. libell. 17. Peto ut dictum fundum pertinere ad actorem jure hypothecae per sententiam declaratis, & ad restituendum fundum condemnatis & condemnatum ad restituendum juris remediis compellatis.

Subjungens sententiam: *Condemnamus reum ad restituendū fundū, auctori tamdiu tenendū, donec de predictis 10. libr. sibi fuerit plenariè satisfactū.* Et hanc libelli formam tradunt non pauci Doctorum ad §. 7. *J. de Action.* JOH. DE PLATEA, ANGELUS DE ARETIO, JASON MANNUS num. 125. OBRECHT *Disp.* 29. *de form. Action.* num. 488. seq. JOH. SCHNEIDEWEIN num. 90. OLDENDORP d: class. 3. art: 10. *quod veniat in hanc act.* quam & nos & que ac eam mox §. 16. tradendam, naturæ actionis hypothecariae optime convenire afferimus. Approbaverunt quoque eadem Domini Consiliarii Electorales Saxonici, quibus Anno 1629. Dresdam evocatis Revisio Ordinationis Processus Judicarii in Electoratu Saxoniae clementissimè demandata fuit, Tit. V. in verbis: Hiernechst werden die Advocaten in gesamt erinnert/ bei Abfassung des Klag-Libells zu förderst das genus actionis mit behörigen Fleiß zu untersuchen/ auf den Sedem materiae in denen beschriebenen Rechten das Abschen zu richten/ daraus die ad instruendum causam nöthigen Subsidia aufzufinden/ und das Klag-Libell, mit Hindanwendung aller undienlichen Umstände und Clausuln, förmlich/ kürzlich/ bündig und schlüsslich/ also und dergestalt/ damit fürnehmlich das medium concludendi nebenst dem petitio geschickt vorgestellet werden möge/ einzurichten. Z. E. in actione hypothecaria contra Tertium possessorem, nach Erzählung des facti, nach Art und Eigenschaft berührter Klage/ das petitum nicht wie zeithero zum öfftern angemercket worden alternativè, auf die Bezahlung der Schuld oder Abtretung der hypothec, sondern auf diese Maße/ das Bekl. bis Al. der libellirten Forderung halber vollständig befriediget/ das verpfändete Guth ihm abzutreten/ und einzuräumen schuldig/ zu formiren.

## XVI.

**H**icce præmissis liquet, quæstionē tantummodo esse de libello in actione hypothecaria secundum propriam ipsius naturam.

naturam confiendo, an recte actor in conclusione verbis  
expressis condemnationem, ut reus vel solvat debitum, vel pi-  
gnus exhibeat, à judice petat. Quoniam autem summa omni-  
um actionum divisio, juxta § 1. *J de Action.* & L. 25. pr. ff. de O. &  
A. in duo genera deducitur, ut sint aut in rem, aut in personam,  
Et illæ quidem rem saltem sequantur, ac praestationum per-  
sonalium penitus sint ignarae, atque ita comparatae, ut quan-  
doque cum eo agendum, qui nullo proorsus personali vincu-  
lo nobis obstrictus; Hæ vero quas personales dicimus, ex fa-  
cto quodam obligatorio, sive id sit licitum, sive illicitum  
descendant, nec dentur mixta, EVERARD BRON-  
CHORST *Enantioph.* cent. 4. assert. 31. LUDWEL *Exercit.*  
*Justin.* 18. tb. 1. lit. g. B. SVENDENDOERFF. *de Action.*  
*forens.* *Expos. general.* cap. 2. §. 28. ut nempe Jus inre & obli-  
gatio, eadem vi, eodemque effectu in unam speciem actio-  
num influere possit DN. BERGER *in Resol.* LL. *Obstant Tit.*  
*fam. hercisc. qu. s. 1.* Cuilibet vero actori, qui iura sua in judi-  
cium deducere intendit, incumbat necessitas, ut non solum  
in genus actionis, qua experiri cupit, sed & ejus genuinam in-  
dolem inquirat, ac quamvis nomen exprimere haud teneatur,  
cap. 6. X. *de Judic.* ALEX. DE IMMOLA ad l. 1. ff. *de Edendo* n. 33. HEINR. HAHN. *ad W'csenb. b. t. n. 7.* SVEN-  
DEND. *ad proc. Fibig. lit. m. p. 275.* DN. SAM. STRYCK  
*de Action. investig.* Sect. 1. membr. 1. §. 1. & *in Ihsu Modern. ff. Tit.*  
*de Edendo* th. 1. conveniens tamen formet libelli petitum, nec  
ei quicquam, quod aut superfluum, aut planè damnosum sit,  
admisceat: Hinc circumspecta consideratione opus habet  
Creditor, non modo in electione actionis, an solam hypothecariam  
an personalem instituere, an ambas uno libello con-  
jungere ipsi expeditat, sed etiam in formatione libelli, ut elec-  
tâ hypothecaria, eam saltem pro consequenda re oppignorata  
concipiat

## XV.

ITALIBELLUM in actione hypothecaria proponendum esse,  
Iam olim docuerunt, ROFFREDUS BENEVENTA-

C 2

N US

NUS, qui floruit Anno 1215. in Tractat. libellor. part. 1. de A-  
ctione Quasi Serviana: Vobis conqueror, reum detinere rem mihi  
obligatam à Titio debitore meo pro 10. libr. quas ipsi mutuavi:  
Inde peto rem illam mibi restitui. Ita recte concipitur libellus, ita  
probatur. G VIDO super Instit. Tit. de Action. qui libellus  
casibus legum VIVIANI & FRANCISC. ACCURSII  
in fine subiunctus. Dico contra N. quod ipse detineat equum,  
quem mihi obligavit pro 10. libris, proponendo contra ipsum hypo-  
thecariam. Peto dictum equum mihi tradi, vel ipsum ad res-  
tutionem equi condemnari. ODOFREDUS de libellis for-  
mandis Cap. 6. & 7. peto rem illam ratione Possessionis mibi resti-  
tui. GV LIELM DURANDUS in speculo juris quod An.  
1271. edidit. inde SPECULATOR vocatus Lib. 4. part. 3. de loc-  
cato n. 25. libellum Servianæ ita proponit: Peto rem qua mibi pro  
pensione fundi à Colono obligata, à reo possidente ratione debita  
pensionis restitui; Quasi Servianæ verò, sive reus sit debitor, sive  
alius: Peto rem pignori obligatam mibi restitui. BALDUS  
super Instit. Tit. de Action. §. Item Servianæ Creditorem contra  
extraneum sic formare libellum jubet: Dico contra talem, quod  
cum debitor meus in causam mutui mibi obligaverit ex hypotheca  
pro predicto debito, domum positam in illo loco, quam dictus con-  
ventus tenet vel possidet, & quam dictus debitor meus tempore  
dictæ obligationis tenebat & possidebat cum titulo & bona fide;  
Quare peto possessorem dictæ domus mibi hypothecare vestra sen-  
tentia condemnari, ad assignandam vel tradendam mibi possessio-  
nem dictæ domus. NICOLAUS DE SPINELIS Nea-  
politanus ad. d. §. 7. de Action. §. querono. Formabis libellum  
sic in hypothecariā: Quia Titius obligavit mibi talam rem, quam  
possidebat titulo & bona fide tempore obligationis, quam tamen  
Sejus possidet: Ideo contra Te ago, ut mibi rem restituas. Et cer-  
te, si quis contra possessorem hypothecae, qui simul perso-  
naliter obligatus non est, accuratum edere libellum velit,  
non alia, quam quæ §. 13. & 15. exhibita fuit, uti poterit  
forma.

XVI.

## XVI.

**E**st enim Actio Hypothecaria mere realis §. 7. *J. de Action.*  
*L. 17. ff. de Pignor. L. 18. C. eod. WISSEN B. ad Inflit.*  
*Imperial. Disp. 45. tb. 30. nihilque personalitatis habet RIPA*  
*ad Tit. ff. de Pignor. & hypoth. n. 15. & non personam, sed uni-*  
*cerem sequitur. BORGIN. CAVALCANUS Decis.*  
*Fivizanen. 25. part. 2. n. 5. MEV. Part. 3. Dec. 115. tb. 3. ita ta-*  
*mam ut non tam rem ipsam, prout alias condemnatio, si in*  
*rem actum fieri debet §. 2. J. de off. judic. sed nudam saltem ejus*  
*possessionem avocet. L. 66. ff. de Eviction. quod agentibus hy-*  
*pothecaria notandam ac minime prætereundum monet*  
*DIONYS. GOTTHOFRED. ad d. l. lit. d. & ad l. 10. ff.*  
*de Pignor. lit. n. Conf. BALDUINUM d. Tract. cap. 14.*  
*REINH. BACHOVIVM ad Treutler Disp. 4. tb. XI.*  
*lit. B. DE MESA Var. Resol. lib. 1. cap. 42. n. 23. JOH. RI-*  
*CHARD MALCOMESIUM ad Wesemb. Tit. de Edend.*  
*n. 4. verb. alternativum. DN. LÜDER MENCKEN Se-*  
*lect. controv. Jur. Civil. Diff. 1. tb. 18. Quomodo ergo tertius*  
*possessor, qui cum creditore ipse non contraxit, nec se ad so-*  
*lutionem obstrinxit, ac fortassis hypotheam in fundo acqui-*  
*sito hærere penitus ignoravit, ad personalem præstationem*  
*ex debitoris obligatione, hac actione poterit compelli? Jus*  
*quidem ex pignore descendens, cum ipsa read quemcunque*  
*possessorem, quin detentorem FRANC. NIGR. CYRIAC.*  
*controv. Forens. Lib. 3. controv. 489. n. 16. seq. transmittitur, &*  
*si vel maximè debitor rem oppignoratam alienet, remanet*  
*nihilominus salva hypotheca ante quæsita, Decis. Rot. Roman.*  
*129. n. 11. subjunct. JOH. PAUL MELII Quotid. Observat.*  
*Forens. STEPHAN. GRATIANUS Discept. Forens. Tom.*  
*4. cap. 616. n. 11. seq. & creditori alienationem quamvis scienti,*  
*citra ipsius expressum consensum facto debitoris præjudica-*  
*ri nequit L. 3. C. de Remiss. pignor. FRANC. CONNANUS*  
*in Com. Jur. Civil. Lib. 4. cap. 19. n. 4. GRATIAN d. Tom. 4.*  
*cap. 730. n. 40. sed res cum suo vitio & onere inseparabiliter,*

utile leprosum concomitatur, in alium transfertur JOSEPH. PETR. ACTOLINUS *Resolut. Forens. n. 2.* sed personalis actio de subjecto in subjectum non transit, NEGUSANT. *d. tract. p. 2.* membr. 3. n. 32. neque fundum sequitur L. 81. §. 1. ff. de contrab. emtione: L. 1. §. 16. ff. ad *SET. Trebellian.* ANTON QVETTA *conf. 62.* n. 3. EVERHARD *conf. 147.* n. 1. nec ultra personas obligatas se extendit JOSEPH. ALTOGRAD *controv. 49.* n. 29. Hinc contra ejusmodi tertium Possessorem petitum, alias ex coadunata actione personali cum hypothecaria resultans locum habere nequit.

XVII.

ET hæc sententia non solum in Theoria obtinet, ut putat GOSWINAB ESBACH. *ad Carpz. P. I. Conf. 2.* def. 9. Sed tam altas in foro, præsertim Saxonico Electorali, radices egit, ut DN. BERGERUS *in supplement. Elect. Discept. Forens. ad Tit. 5. pag. 1778.* omnes, qui concipiendis libellis operentur, moneat a chortetur, ut seposita illorum doctrina, qui contra tertium possessorem in actione hypothecaria alternative peti posse existimant. stylo forensi se accommodent, cum que diligentius attendant, ne animadverso tandem vitio, libellum tanquam ineptum rejici, atque adeo ea quæ retro acta sunt, irrita fieri sero nimis sentiant. Ita Summum Appellationum Judicium, quod Dresdæ viget, in causa Joh. George Starckens und Conf. contra Hr. Hans Friedrichen Frey-Herrn von Burkersroda Erben cum actor concluderet in libello: Dass Befl. von denen Rauff-Geldern des Lotterischen Hauses die Höhlerische Verlassenschaft zu befriedigen schuldig/wiedrigen Falls würde Kl. immittivet ic. rejiciebat libellum tanquam ineptum *Term. estivo 1605.* inferrâ Protocollo decidendi ratione: Weil tertius Possessor personaliter nicht obligat, so kan er auch zur Bezahlung nicht condemnaret werden/und gehet in hypothecaria diffalls das petitum alternativum nicht an. Idem etiam placuerat *Term. estiv. An. 1679.* in causa Eleonoren Hora

nit contra Valentini Schäffern und Cons. Dass Bekl. auch auf diese Klage/ inmassen sie anbracht / sich einzulassen nicht schuld ig.  
B. R. W. Rationes hujus sententiae, in Protocollo adnotatae, merentur, ut integrè apponantur. Die Conclusion ist inept, indem Actio Hypothecaria angestellet/ und in conclusione wie in actione personali geberen/dass Bekl. als Besitzer des Gutes Cracau die auff solchem Guthe jure hypothecæ ver-schriebene rückständige 1987. fl. Capital Al. zu bezahlen schul-dig/ wiedrigen Falls würde ihr dazu billig verholffen. Da hin-gegen Kl. auff das Pfand bloß gehen und bitten sollen/ dass das hypothecarie Gut ihme eigeräumet/ und so lange/ bis er we-gen seiner Anforderung bezahlet/darinnengelassen werden möch-te/ Kläger will es zwar salviren und sagt es wäre gnung dass er in libello der Hypothec und seines ihm daher zustehenden Rech-tens erwähnet/ aber es ist nicht gnung/ und wird die Conclusion inepita dadurch nich sustinirt.

### XIX.

E Adem quoque sententia placet Dn. Scabinis Lipsiensibus qui An. 1671, Mens. Febr. ad consultationem Johann Mel-chior Dedeckins nach Oschatz inter alia ita responderunt &c. bevorab wenn nicht idem nexus obligationis oder eadem actio wie allhier sich ereignet/ indem euren eigenen Aufführen nach/ der von Pfleg wider den vorigen Besitzer des Gutes Merzdorff Christ. von Holzendorff nicht bloß hypothecariè sondern zu-gleich personaliter geklaget/welche actio wider den von Star-schedel als tertium possessorum so Pflegien neque ex contractu noch quasi Contractu obligiret ist/ gar nicht statt hat ic. Simili-liter iudicem M. Maj. 1700. an die Gräfl. Mansfeldische Räthe zu Eisleben in causa Gottfried Ernstes Menzels und Cons. contra Johann Georgen und Cons. ubi in decidendi rationibus. Hiernebst und wenn contra tertium Possessorem hypo-thecariè geklaget werden soll/ das Petitum nach Art und Eig-enchaft derselben/ auff Abtragung des verpfändeten Stückes/

so lange bis Kläger daraus befriediget/ eingerichtet werden muß/  
keines weges aber Bekl. da er personaliter nicht obligirt / auf  
Bezahlungen der Forderung / wie doch hier von Kl. geschehen/  
belanget werden mag/diesemnach die ineptitudo libelli vor Au-  
gen ic. Et M. Septembr. 1703. an Andreen Hansen/Auspanner zu  
Salbiz. Ob wohl einige Doctores in denen Gedanken stehen/  
dass die Actio hypothecaria auch contra Tertium Possesso-  
rem alternative eingerichtet werden könne. D. a. d. Fried-  
rich Kirsten und dessen Erben/ Christinen Gerahlin nie-  
mal personaliter verbunden gewesen/ sondern sie blos als  
Besitzer desjenigen Stückes/ darein sie durch die gerichtlich  
vollstreckte Hülfe ein dinglich Recht überkommen/ von ihr  
belanget werden mögen/ also nicht zu sehen/ wie das pe-  
titum libelli auf ein mehrers/ als so weit sie ex possessione  
obligirt/ nemlichen auf Abtretung des Grund-Stückes einzurichten  
sey/ ic. So ist die Klage wider die iehige Besitzerin nicht  
alternative, sondern blos auf Abtretung derer verholffenen  
Stücke / bis Kläger daraus befriediget / einzurichten. V.  
R. W.

#### XIX.

Am videamus argumenta, quæ à Dissentientibus pro ad-  
struendo libello alternativo afferri solent, & quidem ju-  
xta seriem in Disputatione Kilonensi observatam. Ordin-  
tur autem illius Author telam *ib. 7.* ab eo, quod petitio  
debiti à natura hypothecae & actionis hypothecariæ ablu-  
dere nequeat, quoniam haec præter nexum realem pigno-  
ris ipsum debitum, ejusque solutionem essentialiter con-  
notent. Sive enim definiatur hypotheca cum HAHNIO  
*in Disp. de Pignor. & hypoth. ib. 4.* quod sit jus in bonis debiti-  
oris creditori pro securitate debiti constitutum, sive et-  
iam cum BICCIO *in Colleg. Jur. Argentor. encl. tit. de Pignor.*  
*n.s.* quod sit res, quæ pro debito in crediti securitatem obliga-  
tur, donec quod debetur sit exsolutum; semper debitum ingre-  
di definitionem, ut ne quidem hypotheca vel hypothecar-  
ia

ria actio sine illo concipi queat, sed obligationem personalē hypotheca semper præsupponat, licet propria conventione constituatur. Cum proindē actor rem sub hoc formalī, qua pignoris nexus devincta prosequatur, hinc etiam sub eodem formalī petere possit. Huic argumento, ne minima quidem inest vis & efficacia demonstrandi, id quod est in quaſtione, ſcilicet in actione hypothecaria alternatiū esse petendum. Nam propositio major. *Quicquid in actione essentialiter connotatur, id est, definitionem ita ingreditur, ut actione sine eo concipi nequeat, illud in conclusione libelli alternative peti potest.* Omni probatione deſtituitur, nec omne, quod in definitione deprehenditur, intrat Libelli petitum. Quidſi enim quis subſumat, v. g. de actione de ſervo corrumpo utili, quam interpretes arg. L. 14. §. 1. ff. de ſervo corrupt. ibiq. BRUNNEMAN n. 3. GEORG. ADAM STRUVIUS in *syn-tagm. Jur. Civil. Ex. XV. tb. 50.* concedunt marito contra corrumptentes animum atque mores uxoris, quod hæc actio non posſit concipi ſine corruptione Uxorū. Ergo hæc ingredi debeat petitum, Reumque alternative condemnandum, ut aut Uxorem incorruptam, aut dāmmum officio Judicis estimandum præſtare debeat, quod est absurdum, posterius enim tantum venit ex natura hujus actionis, LAUTERBACH. in *Colleg. Theor. Pract. b. t. §. 9. & 10.* Si vero per Verba: *Petitionem debiti non abludere ab hypothecaria*, hoc ſaltem intendit Author Disputationis, non eſſe abſonum ſi in petito mentio debiti atque ſolutionis injiciatur, id ipſi quidem ambabus largimur manibus, ſed tunc hoc argumentum non ferit theſin. Quis enim unquam afferuit in Conclusione hypothecariae omittendum eſſe debitum, pro quo accessit pignus? quin potius contrarium evincunt non modo formulæ: *Donec actori ſolutum debitum vel aliter ſatisfactum.* Dass Beklagter das libellirte Unterpfand Klägern/ ſo lange/ biß er der rückſtändigen 1000. fl. Capital Zinen und Unkosten halber gänzlich vergnüget/ abzutreten/ ſchuldig/ ſed etiam alia possessionem

D

pro-

propter quantitatem prædictam esse tradendam : Dass Beck.  
wegen derer libellirten 1000. fl. Capital Zinsen und Unkosten das  
zum Unterpfande hafftende Hauf einzuräumen schuldig. Ita  
B. SVENDENDORFF. de Action. Successor. p. 213. ex L. 12. ff. de  
alim. legat. hypothecariam ita concludit: Dass Beck. Ihm das  
libellierte Unterpfand zu seinen jährlichen Unterhalt einzuräu-  
men auch alle Schäden und Unkosten zu erstatten schuldig.

XX.

**A**ltèrum opinionis sua præsidium collocat Author Dis-  
put. th. 8. in L. 13. § 4. ff. de pignor. & ex verbis: *sus conditiones habet hypothecaria actio, id est, si soluta est pecunia, aut satisfactum est, quibus cessantibus tenet, constare autumat, restitutionem pignoris Creditori exigenti non absolutè, sed ex hypothesi & conditionate deberi;* & sic nul-  
lam apparere rationem, cur non possit actioni hypothecaria conditio ista annexi, petique ut possessor, quippe  
nec absolutè obligatus, debito demum non soluto, seu  
donec fuerit solutum ad restitutionem pignoris condemne-  
tur, aut quod reapse eodem recidit, vel debitum solvere,  
vel hypothecam restituere cogatur, cum limitatae causæ  
sit proprium, limitatum producere effectum. Ceterum  
loquitur lex allegata saltem de duratione actionis, ejus-  
que remotione, non de ejus natura & intentione, ANT.  
FABER in Rational. ad L. 4. §. 3. ff. de in diem addict. &  
ad L. 13. §. 1. ff. ad Sct. Vellejan. B. SVENDENDORFF. ad  
Eckolt. Tit. de Edendo §. 4. Est enim natura hujus actio-  
nis, ut rem tantum persequatur, tamdiu tamen duret,  
donec debitum sit solutum, aut aliter creditor i satisfa-  
ctum, VINCENT. DE FRANCHIS Decis. n° 9. n 23. Solu-  
tio autem non est in obligatione, sed libero possidentis  
arbitrio relista, qui si velit, retenta rei possessione, se ab  
obligatione reali, exsolutione debiti liberare potest, sed  
ad eam invitus compelli nequit, ANTON CAPYC IUS  
Decis. Neapolit. 41. n. 3. seq. Firmum proinde remanet, hy-  
pothe-

pothecariam esse actionem realem redimibilem , quæ causative evincit rem , nempe si non solvatur debitum . CYRIACUS *contr. Forens.* 489. n. 31. Certum etiam est , quod Possessor , solutione debiti facta , se liberare possit , sed causa hujus rei non est quærenda in possessoris obligatione , sed quod soluto debito principali non possit non tolli atque extinguiri pignoris persecutio , tanquam accessoria obligatio . HAHN. & MALCOMES. *ad Wesenb. Tit. de Edend.* n. 4. ac liberato pignore inefficax reddatur hujus actionis causa , BACHOV. *de pignor. lib. 3. cap. 12. n. 8.* ipsaque actio inutilis relinquatur . MESA *Var. Resol. lib. 1. c. 49. n. 16.* ut proinde à se invicem probè discernenda , quæ sunt in obligatione ab iis , quæ tantum in solutione . Neque ob hanc possessori competentem electionem actio limitata dicenda , cum Reus præcise & absolutè maneat obligatus ad restitutionem pignoris , quamdiu debitum sive ab ipso , sive ab alio non est exsolutum . Hoc autem præstito , quod pignus retinere possit , id non ex actionis indole , sed ex accidenti contingit , BACHOV. *ad Treutler. d. Disput. 4. th. XI. B.* nec valet consequentia à Facultate rei se liberandi , ad Jus actoris eam liberationem petendi . Ita Exceptio cessionis bonorum competit quidem illis , qui fortunæ vitio , absque dolo , nequitia , profusione , culpaque latiori , bona perdidérunt *Resol. Gravam. de Anno 1661. von Jus fletien. Sachen* §. 78. DN. RIVINUS *in specim. Except. Dilat.* c. 40. n. 1 ad evitandas carceris molestias , poenasque decoctorum . Quis vero creditorem adstringet , ut contra ejusmodi Debitorum agendo , alternative petitum dirigere debeat , ut vel solvat , vel bonis cedat ?

#### XXI.

**T**ertiò dicit Autor Disputationis , Hypothecæ restitutio-  
nem ab Actore non primariò , nec per se , sed secunda-  
rio & propter aliud peti , nempe in subsidium debiti principa-  
lis , cui accessorius pignoris nexus ceu fundamento innititur ,  
& ut ex pignore distracto debitum consequatur , non ut ab

codem perpetuo retineatur. Sed quid inde? Fatemur hypothecam propter debitum peti; *Res enim hypothecæ dari possunt, pro quacumq; obligatione, sive mutua pecunia datur, sive dos sive emtio vel venditio contrahatur, vel etiam locatio & conductio vel mandatum, & sive pura est obligatio, vel in diem & sub conditione, & sive in præsenti contracta, sive etiam precedat, sed & future obligationis nomine dari possunt, sed & non solvendæ omnis pecunia causa, verum etiam de parte ejus, & vel pro civili obligatione, vel honoraria, vel tantum naturali, verba sunt MARCIANI in L.5. pr. ff. de Pignor.* Concedimus etiam hypothecas esse accessiones L.43. ff. de solut. & principali causa non subsistente, plerumq; ne ea quidem quæ sequuntur locum habere L.178. ff. de R. J. Largimur præterea felicem forte auctorem futurum, si brevi manu potius à possidente hypothecæ, quam per longiores ambages debitum suum assequatur. Negamus autem debiti consecutionem esse finem actionis hypothecariæ, canonemq; vulgatum, propter quod aliud intenditur illud magis intenditur, hujus esse in præsenti materiâ, efficaciæ, ut firmissimè inferri possit petitioni alternativæ seu rei obligata, seu debiti, locum esse ex naturâ hypothecariæ. Nam non eadem, sed diversa hic ratio est causæ principalis & accessorii, quam limitationem in verbo PLERUMQUE suggerit all. L.178. ad quam vide PHILIP. DECIMUM n.3. Quamvis enim personalis obligatio huic juri reali occasionem præbuerit, quin constitui non potuerit, sine principali obligatione JO. DOMINICUS GAITUS de Credito. cap.4. quest. 7. n.584. & quest 10. n.1155. cum accessionis locum obtineat, JOH. WAMESIUS, Consil. Jur. Canon. 499. n.4. subsistit tamen post nativitatem suam ex proprio suo fundamento, quod quidem fortius est, quam erat prius, cum jus in re creditorem reddat tutiorem, quam si personam saltem habeat obligatam §. 4. J. quib. mod. re contrah. obligat. L.25. ff. de R. J. in tantum ut extinctâ quoq; actione personali, remaneat salva hypothecaria. Præter exempla supra sb.6. ad ducta,

ducta, id ipsum patescit etiam in Creditore debitori suo per fideicommissum succedente, ubi quidem confusione extincta personalis actio, hypothecaria vero salva remansit, L.59. ff. ad Sct. Trebell. qua de re fusè ROLANDUS à VALLE de Inventario, vers. an actio hypothecar. in vol.3. Tractatum part. 2. fol. 195. JOSEPH de SESE in Decis. Arragon. Vol. 1. Decis. 46. n. 12. FRANCISC. MILANENSIS Lib. 1. Decis. 13. n. 9. TUSCHUS Lit. H. concl. 52. JOH. PETR. SURDUS Consil. 7. n. 20. GRATIANUS Dicpt. 204. n. 23. VINCENT. de FRANCHIS Decis. 80. n. 12. & Decis. 518. n. 2. MENOCH. consil. 89. n. 153. JOAN CEPHALUS Lib. 3. consil. 393. JOH. BAPTISTA ASI- NIUS de Execut. §. 7. cap 74. ANTONIUS de AMATO Fores. Jur. Resol. 56. n. 10. Cum ergo diversissimæ sint naturæ petitio debiti & actio hypothecaria, ita ut haec ex jure in re, illa ex jure ad rem oriatur, quod posterius deficit in possessore pignoris personaliter non obligato, hinc vitiosa est illatio ab avocatione possessionis ob debitum, quæ primarius finis est actionis hypothecariæ L.66. pr. ff. de Evid. ad debiti petitionem quod consequitur saltem Creditor per indirectum, vel ex optione Reo concessa, vel etiam ex fructibus pignoris hujusq; distractione, sæpius enim ea obliquè & in consequentiam licent quæ directò obtineri haud poterant, TABOR in Thesaur. Axiomat. Barbos. cap. 60. verb. indirecte.

XXII.

**E** Jusdem farinæ est quarta ratio, quantitatem debitam in ipso pignore latere & eminenter contineri, nec ab eo esse diversam, sed arctissimè connexam ac morali estimatione eandem arg. L. 88. ff. de V.S. alternativè igitur Actorem eam à Reo petere posse. Nam in d.l. 88. dicitur quidem illum qui prædia habet centum aureorum, intelligi habere centum aureos, utpote quos exinde reficere liceret, sed exinde non conficitur in actione hypothecariæ pignus aut quantitatem debitam al- ternè posse exigere à Possessore.

## XXIII.

Vintò, actionis hypothecariæ indoli maxime alternati-  
 vam petitionem congruere deducere conatur ex eo, quod  
 simpliciter rem, subinde valore suo quantitatem debiti exce-  
 dentem, petens, plus justo petere, & in fraudem *L. fin. C. de*  
*pact. pignor.* quæ legi commissoria in pignoribus & hypothe-  
 cis locum relinqui vetat, agere, ac usurariæ pravitati immine-  
 re videtur. Verum enim vero quilibet, cui Lex Comissoria  
 in pignoribus nota est, haud ignorat ejus memoriam ab Im-  
 peratore Constantino abolitam esse, ne Creditores iniqui pro  
 modico quandoq; ære, si ad diem solutum non esset, bona  
 pretiosiora sibi haberent, id est ea perpetuo jure apud Credito-  
 res remanerent, & sub hac Commissoria lege ne quidem  
 comprehendi conditionalem pignoris venditionem, ut si intra  
 tempus certum non sit soluta pecunia, jure emtoris possideat  
 rem justo pretio tunc aestimandam creditor *L. 16. §. f. ff. de*  
*Pignor.* Cum proinde Creditoris hypothecariæ agentis inten-  
 tio non sit, ut perpetuo jure rem oppignoratam pro suo debito  
 retineat, sed saltem ut ipsi possesso tamdiu concedatur, do-  
 nec ex fructibus aut etiam ex distractione publicaq; venditio-  
 ne rei oppignoratae, debitum suum una cum usuris & expen-  
 sis plenarie fuerit consecutus; Inde nequidem dici potest, plus  
 justo petere creditorem, qui rei oppignoratae licet pretiosio-  
 ris possessionem simpliciter petit, aut viam aperiri Legi com-  
 missoriae, vel etiam imminere periculum usurariæ pravitatis.  
 Licet enim vel maximè valor hypothecæ duplum debitæ  
 quantitatis excedat, creditor tamen non integrum pignoris  
 estimationem accipit, sed tantum, quantum ipsi debetur, Imo  
 interdum si pretium in alienatione non ascendat summam  
 sortis, usurarum ac fructuum, à possessore personaliter non ob-  
 ligato residuum petere nequit, quod posset si quantitas de-  
 bita ita arctè cum pignore connexa esset, ut obstrictus ad u-  
 num, morali estimatione obligatus ad alterum quoq; sit cen-  
 sendus.

## XXIV.

## XXIV.

**S**extum argumentum de promptum à Jure offerendi, juxta L.12. §.1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvit, cuilibet possessori competente. Authori Disputationis præivit GAILIUS Lib.1. obs.62. n.8. & 9. Libellus hoc modo alternativè conceptus: peto illum condemnari ad traditionem rei obligatæ, vel ad solvendum debitum valet: potest enim in Actione hypothecaria possessor rem retinere & liuis estimationem creditori offerre. Sed quænam quofo est consequentia à possè ad debere. Potest quidem reus oblatione solutionis extingue ac removere actionem hypothecariam, de quo jure offerendi, si forma rei oppignorata mutata ac pretiosior facta, an deductis meliorationibus fiat vide AZO in summa ad Tit. C. de Pignor. n.14. HEINRIC. CARDINALIS HOSTIENSIS in summa Lib.3 Tit. de Pignor. n.8. DIDAC. COVARRUVIAS Tōm.II. Var. Resol. Lib.1. cap.8. ALEX. TRENTACINQV, Var. Resol. Lib.30. Resol. 30. n.9. MESA Var. Resol. Lib.1. c.49. BERTOLUS ad Acostam de privil credit. part.3. art.1. n.105. seq. sed condemnari nequit ex natura hypothecariæ, ut etiam debeat solvere; Nec omne, per quod actio intenta removetur, ingredi debet Libelli petitum, alias sequeretur, inferendam quoque esse oblationem, quæ fieri potest à quolibet pro reo etiam invito ac ignorantie pr. J. quib. mod. tollit obligat. L.53. ff. de solut. Daß Bekl. oder ein ander das libellierte Capital nebenst Interessen und Unkosten zu bezahlen/oder jener das zum Unterpfand verschriebene Haßt. Klägeru abzutreten schuldig. Et quid opus est hac expressione in perito libelli, cum hanc facultatem offerendi debitam habeat reus, etiam simpliciter condemnatus ad rem restituendam, quod mente perpetuò ténendum tradit BARTOLUS ad L.58. ff. de solut. n.6. ALBERT GALLEOTTI in Margarita aurea. cap.39. n.56.

## XXV.

**P**utat prætereā septimo Author Disputationis cessare in creditore simpliciter vindicandi pignoris causam & rationem:

Si

Si enim is debitum ab hujus possessore consequeretur , nulla pro isto amplius indigeret securitate , nec ipsius magis interesset rei obligatae possessionem nancisci , quam accipere creditum ; cum illius detentio hoc soluto extinctoq; jure , nihil amplius operetur . Nolumus hic urgere , quod interdum omnino intersit creditoris contra Debitorē ipsi aliis nominibus chirographariis devinctum , si instituta sola hypothecaria sine personali fundum hypothecatum obtineat , ob jus retentionis ex L. un. C. etiam ob Chirogr. pign. ten. poss. sed in præsenti sufficiat , quod cuilibet ad oculum pateat infirmissima , ne dicam inepta hæc illatio , ubi norma ac forma libellandi metienda , non secundum actionis instituenda naturam , sed secundum interesse actoris . Quasi vero non eveniret sæpius , ut actor haud petere queat id , quod ipsius magis intersit . Exempli loco sistimus venditorem rei suæ recuperandæ cupidum , si in actione ex L. 2. C. de R. V. ob enormissimam læsionem contractus dissolutionem tanquam sibi magis proficuum tantummodo petat . vide DN. RIVIN. ad Ord. Proc. Sax. Enunc. 31. Tit. V. Cum enim hic utrumq; sit electivè in obligatione emtoris , an id quod deest justo pretio supplere , an fundum , recepto suo pretio restituere velit , inde Venditor plus peteret , si ad unum saltem alternativorum pro suo interesse dirigeret libelli petitum , nec judicis sententia purè concepta citra nullitatem subsisteret , vid. FRANCISC. de ZABARELLIS , ANDREAS BARBATIAS , ANTON de BUTRIO , JOH. IMMOLENSIS , PANORMITANUS & JOH. ANDREAS NOVELTA ad cap. cum dilect. 3. x. de Emt. & vendit.

## XXVI.

**S**imiliter etiam possessoris actione hypothecariâ conventi obligationem ex dispositione Juris esse alternativam , clarissimè evinci posse putat . Author Disputationis , quod Octavum ejus est argumentum , ex L. 16. § 3. ff. de pignor. L. 2. C. si unus ex plur. hered. & cap. 5. x. de pignorib. sed forte fallitur . Nam ex d. 1. 16. ubi Ælius Marcianus dicit , in vindicatione pignoris absolvendum

dum esse possessorem, si aut pecuniam solvat, aut rem restituat, si vero  
neutrū horum faciat, condemnandum, nihil aliud inferri po-  
test, quam quod possessor hypotheca, si solvat debitum, aut ce-  
dat pignorata, evitetur condemnationem; Hanc autem debe-  
re fierie oī modo ut possessor, vel pecuniam solvat, vel  
restituat, nullibi asseritur, quin potius condemnationem in  
tantum, quantum debetur, non debere fieri, si hypothecarie a-  
gatur, inuunt verba hujus §. ultima: *si tanti condemnatus esset,*  
*quantum deberetur, quid produceret in rem actio, cum & in perso-*  
*nam agendo idem consequeretur.* Et certe dolendum est, periuise  
injuria temporum Marciani librum singularem ad hypothe-  
cariam formulam, nec ullam Pandectarum legem exinde de-  
cerptam, (quas omnes huc atq; illuc dispersas summo studio  
collegit JACOB LABITTUS in Indice suo, p. m. 501.) perspicue  
tradere, quomodo fuerint concipiēndi libelli in actionibus  
hypothecariis, ita enim factum ut ipsius verba quilibet Docto-  
rum pro suo modulo interpretaretur. Sic BARNABAS BRISO-  
NIUS de formul. & solenn. prop. Rom. Verb. Lib. 5. pag. 441 edit.  
Francof. ex allegata L. 6. reum in actione hypothecaria si pos-  
sideret aut pecuniam solvere, aut rem restituere oīl damna-  
tum scribit. Econtra DIONYSIUS GOTHOFREDUS ad dict. I.  
lit. q. exinde colligit, condemnationem fieri debere, ut posses-  
sor rem restituat, eaq; pignoris jure à Creditore retineatur. Ut  
proinde mirari liceat, quod Autor Disputationis rectissimè à  
Gothofredo annotata pro sua allegare sententia voluerit.

## XXVII.

**N**ec luculentius petitionem in actione hypothecaria qua  
tali alteratiue esse concipiendam confirmat d. L. 2 C.  
si unus ex plurib. hered. Nam primo notanter dicitur in textu:  
pignoris vindicationem non personam obligare sed rem se-  
qui. Erubescat ergo Author Disputationis dum tb. 14. contra  
expressa hujus legis verba singit, possessoris actione hypothe-  
caria conventi obligationem ex dispositione Juris esse alterna-  
tivam. Si enim persona non est obligata intuitu hypothecariæ,  
qua pignus vindicat, qua ratione dici potest possessorem con-  
ventum

ventum debere debitam pecuniam solvere ; nisi forte quis ob-  
ligationem & facultatem aliquid faciendi vel omittendi pro  
Synonymis habere velit, cum tamen non confundenda ea, quæ  
ab alterius arbitrio dependent, cum illis quæ sunt in ipsius ob-  
ligatione, ac id demum intelligitur DEBERI quod ab invito  
exigi potest, L. 108. ff. de V.S. BRISSON de solut. & liberat. lib. I.  
p. 246. edit. Lugdun. nec id sit in obligatione , quod in libero  
debitoris arbitrio consistit BALDIUS Vol. 5. consil. 194. Deinde  
nemo sibi persuaderi patietur , Imperatores voluisse definire  
petitum actionis hypothecariae, sed potius casum de pluribus  
debitoris heredibus, qui diversi possidentes res multas pigno-  
ris jure obligatas , quod inter hos instituta personali actione ,  
scindatur debitum pro ea quam in hereditate l. abent parte, sed  
in hypothecaria nisi conventus per redditionem totius debiti  
rem pignoratam , quam detinet, liberare velit, ea cedere de-  
beat : Dass Bell wegen der ganzen Schuld derer von seinem Va-  
ter bey Klägern erborgeten 1000 fl. diesen das libellirte Haus ab-  
zutreten schuldig. Quæ ergo hic specialiter de heredibus, qui  
eodem quo defunctus Debitor modo tenentur , dicta, ad alias  
personas neutiquam extendenda. Nec obstat actionem hypo-  
thecariam sibi perpetuò constare , nec conditione personæ  
contra quam competit, facile mutari posse. Nam respondetur:  
Manet utiq; natura hujus actionis una eademq; , sive agatur  
contra Debitem ejusve heredes, vel etiam tertium Posseſſo-  
rem, ad nudam possessionem avocandam. Ratio autem quare  
hic convenientur heredes, ut vel debitum reddant, vel re op-  
pignorata cedant, non à qualitate personæ dependet, sed à con-  
currente personali obligatione, de qua supra th. 4. seq.

XXIX.

**R** Estat ut videamus textum juris Canonici productum ex  
cap. 5. X. de Pignor. Licet enim in terris Protestantium  
nostra parum inter sit, quid à Pontificibus in hoc passu con-  
stitutum cum non aliunde suum habeat valorem , quam ex  
voluntate Principis in suo territorio tolerantis. ZIEGLER.  
de Orig. & increm. Jur. Canon. S. 68. Attamen cum Autho-  
res

res Decretalium in jure Civili fuerint versatissimi, & in dubio  
inter haec duo jura, Civile & Canonicum nulla statuenda sit  
differentia arg. Nov. 83. cap. I. & cap. X. de Nov. oper. nunc.  
CONRAD RITTERSHUSIUS in pr. de diff. Jur. Civil. & Can.  
THEOD. REINKING de Regim. Secul. & Eccles. Lib. 2. cl. 2.  
cap. 7.n.14. Hinc haud abs re erit, paucis etiam inquirere, an  
secundum Jus Canonicum libello alternativo in hypotheca-  
ria sit locus? Hic dissidendum non est, communiter Docto-  
res affirmativam tenere. Ita ANDREAS BARBATIAS ad d.  
cap. n. 5. Nota practicam formandi libellum ex parte mulieris,  
quando agit pro sua dote contra possidentem bona mariti tacite ob-  
ligata, quod possit formari Libellus, videlicet petento illa bona sibi  
tradi tanquam obligata, vel quod possessio debeat sibi satisfacere  
pro dote, & sic libellus alternative conceptus isto casu procedit. Vi-  
deantur & alii Commentatores quorum verba supra th. XI. re-  
citata. Sed si paulo penitus inspiciantur, haud obscure lo-  
quuntur de tolerantia saltem libelli alternativi in actione hy-  
pothecaria, quod possit sustineri qua de re nulla nobis est con-  
troversia. Approbamus enim omnino distinctionem Docto-  
rum, ubi statuunt PROCEDERE POSSE libellum  
alternativum, quando unum est tantum in obligatione, &  
aliud in facultate solvendi conf. ANTON. BURGOS HISPA-  
NUM in Repetit. cap. cum dilect. X. de Empl. & vendit. n. 65. MA-  
RIAN. SOCINUM ad cap. 2. X. de Libelli oblat. n. 74. ut in acti-  
one nostrâ hypothecaria vid. supr. th. XI. Econtra si utrumque  
est in obligatione, libellum DEBERE ESSE alternativum ut  
in actione L. 2. C. de R. V. BUTRIO ad cap. 9. X. de Elect. n. 4.  
Priori casu non obstat pluris petitio, si sine alternatione actor  
pure petat id, quod est in obligatione, & omitat ea, quae sunt  
in potestate solvendi. Posteriori autem, plus petit causa si al-  
ternativam negligat SCHNEIDEWEIN ad Inst. T. de Action  
§. quis agens verb. plus autem n. 8. Ubi proponit regulam uni-  
versalem in libellis concipiendis observandam ex ANGELO  
& JASONE, quod incidat in pœnam plus petentium, qui non  
concludit alternative, si alternativa adest obligatio vid. supr.

*tb. 25.* Nec aliud voluisse Pontificem *d. cap. 5.* ex eo apparet, quod admirerit quidem libellum alternativum mulieris, sed non mandaverit alternativam condemnationem, quin potius saltem ad restitutionem dotis eatenus, quatenus Reus de bonis debitoris noscatur possidere, quod jam olim observavit. BARBATIAS *ad b. cap. n. 5. verb.* Papa hic non sententioravit alternative, & tamen libellus fuit alternative conceptus.

XXIX.

**S**ubnecrit denique Nonam rationem Autor Disputationis *in th. 15.* qvod Sententia condemnatoria contra reum actione hypothecaria conventum, nisi nullitatis vitio laborare velit, alternativè sit concipienda; Triplicemque formulam proponit, unam ex SUENDENDORFFERO. Dass Bekl. seines Vorwendens ungeachtet das libellirte Unterpfand Klägern so lange/bis er der rückständigen 1000. Fl. Capital und aufgelaufenen Zinsen gänzlich vergnüget und bezahlet/abzutreten schuldig. Alteram: Dass Bekl. die libellirte Hypothec einzuräumen und abzutreten schuldig. Es wolte denn selbiger die darauff haftende Schuld innerhalb einer Sächsis. Frist bezahlen. Et Tertiam: Dass Bekl. die libellirte Hypothec abzutreten/oder die darauff haftende Schuld zu bezahlen schuldig und gehalten. Ceterum hic Currus ut in Proverbio est, bovem trahit ac præpostere ex modo pronunciandi quæ natura actionis sit ejusque formula concluditur. Tralatitium enim est, potestatem Judicis non posse ultra id, quod in Judicium deductum est, exceedere *L. 18. ff. commun. divid.* sed ipsum debere axacte observare causas petendi & sequi actionem, quam actor instituit, atque ita secundum acta & probata ferre sententiam libello, quantum ad causas petitas, conformem, JASON. *ad §. curare 32. J. de Action. n. 32.* ZIEGLER *in dicas. Conclus. 44. §. 10.* Quamvis ergo feratur Sententia alternativa contra possessorem hypothecae, eam tamen latam esse ex natura hypothecariae actionis firmiter inferre haud licet, & falsum est sententiam, nisi alternativam, in hypothecaria ipso jure esse nullam, quin potius nulla est, si præter intentio nem

nem actoris solam hypothecariam instituentis, alternative proferatur. Praeterea quod primam SVENDENDORFFERI formulam attinet, adducit illam tanquam alternativam ac aequipollentem ei, quae disjunctive condemnat Reum, vel ad solvendum debitum, vel ad tradendam possessionem, Sed hoc B. SUENDENDORFFERO nunquam ne quidem per Somnium in-mentem venit, utpote qui strenue negat libellum alternativum in hypothecaria locum habere, vide ad Proces. Fibig. lit. K. pag. 273. & prolixe supra th. 12. seq. ostensum, hanc formulam pro implicite alternativa non esse habendam. Nec secunda videtur referri posse inter alternativas, utpote quae reum condemnat pure ad traditionem possessionis, ejusque arbitrio saltem relinquit, an quantitatem debitam solvere velit, quæ verba semper virtualiter insunt sententiæ simpliciter restitutionem rei oppignoratae reo injungenti, vide supra th. 24. in fine. Ita ANGELUS DE PERUSIO Baldi frater ad L. 2. C. si unus ex plurib. hered. admittit conclusionem, ut Reus restituat rem hypothecatam, sed Debitori dabitur optio, utrum velit rem restituere, vel debitum solvere. Et ANGELUS de ARETIO ad § item. Serniana 7. I. de Action. postquam posuit regulam. Hypothecariam avocare tantummodo possessionem, in fine triplicem exhibet concludendi modum his verbis: *Contra extraneum sic forma libellum; Dico contra Sejum, quod mutuaverim Titio 100. pro quibus mibi obligavit domum, vel omnia bona sua, & per consequens etiam dominum, quam Sejus de presenti tenet, que tempore predicto me obligatio- nis erat in bonis dicti Titii debitoris mei: quare peto Sejam nostra Sententia condemnari ad assignandam & tradendam nudam pos- sessionem dictæ domus detinendam in causam pignoris pro quan- titate dictorum 100. donec fuerit mibi satisfactum. Procederet et- iam libellus, si diceret creditor, & peteret in Conclusione declarari dictum domum sibi obligatam esse & Titium possessorem condemnari ac cogi ad restituendam possessionem. Potes & alio modo con- cludi, videlicet. Quare peto Titium condemnari, ut possessionem dictæ domus restituat, vel data sibi optione totum debitum mibi*

*solvat.* Quæ ultima verba videntur quidem esse alternativa,  
sed videntur saltem, revera autem propter optionem datam,  
alternativa non sunt. Judex enim non injungit possessori so-  
lutionem eodem modo, prout rei oppignorata cessionem,  
sed saltem in altero membro declarat beneficium sese liberan-  
di possessori competens, Quodsi, ex ipsa Autoris Disputatio-  
nis hypothesi, sententia alternativa præsupponat obligatio-  
nem alternativam, in qua Sententia fundatur, non poterit  
alternative condemnari tertius Possessor, eum sicuti Debitor,  
neque ex Conventione, nec ex Legis dispositione alternative  
sit obligatus. Alternativa siquidem obligatio, prout defini-  
tur à DN. BERGERO in *Disputatione de Sententia alternativa*  
*Vitembergæ Anno 1700 habitab. 3.* Tunc dicitur, quando plu-  
ra quidem debentur, sed unum tantum præstandum. Reus  
autem in hypothecaria nudam pignoris possessionem deberet,  
quæ mediante sententia ab ipso avocatur. FABER in *Ratio-*  
*nal. ad l. 41 ff. de Pignor. act.* Ergo hæc simplex tantummodo,  
aut quæ simplici æquipolle, esse potest. Econtra rejicien-  
da ultima, quæ reo injungit simul debiti solutionem, deficien-  
te in eo tali obligatione. Authores quas in fine th. 15. miratur Au-  
thor Disput. quod præstationem reo alternativam incumbere  
statuant, nec tamen actori petitionem alternativam permit-  
tant, cum tamen petitio Actoris & præstatio rei sint correlata,  
ita ut uno sublato & alterum tolli neccesse sit, non nominat,  
sed veremur de duplice possessorum obligatione eos loqui.  
Illi certè, qui largiuntur, licentiam tertio Possessori com-  
petere solvendi pecuniam, & si nolit, eum debere restituere  
pignus, id imputari nequit, cum non præsumantur confun-  
dere licentiam cum necessitate solvendi. Si ad utrumque præ-  
standum alternè obligatus esset possessor, sicuti in actione. L.  
2. C. de R. V. nullum esset dubium, quin & Actor alternè petere  
possit ac debeat, quoniam vero hic unum saltem est in obliga-  
tione, alterum in liberrima præstandi aut non præstandi facul-  
tate, hinc necessario alterna petitio cessat.

XXX. Re-

## XXX.

**R**Emotis rationibus, quibus opinionem suam quasi sepimento quādam obvallare voluit Author Disputationis, superest, ut videamus, quam acriter pugnet, vibretque tela in eos, quos ad certamen provocat. Et primo quidem loco DN.RIVINUM, quem Parentem veneror, adoritur verbis sat asperis ac immodestis, dum assertum ejus ex Specimine Exceptionum Forensium cap.25. prima specie momentosum ac subtile, reapse autem crassum judicat. Eumque confusionis arguit; Sed temerarias hasce insultationes generoso contemtu neglit DN.RIVINUS, Saniori aliorum judicio relinquens, an rem tetigerit acutu Antagonista. Dixerat DN.RIVINUS i.c. alternativum libelli petitum admitti, in hypothecaria actione, si contra Debitorum conjungatur cum personali, non etiam si ea contra tertium possessorum proponatur: adiecta ratione; quod dicta actio in se & sua natura sit pure realis. Hanc positionem cum formaliter, secundum leges boni Disputatoris, destruere & aperto Marte pugnare non auderet Adversarius, elabi tentat prolixā duarum observationum professione, quae tamen Statum controversiae vix attingunt; Observandum dicit. I.) Plurima ratione hypothecæ speciali legis dispositioni tribuenda, utpote quæ nunc pactum hypothecæ supra natura vires sic attollat, ut etiam pignore non tradito Jus in re actionemque realem patiat, ansam certe ad hunc effectum producendum ignobiliorum, nisi à lege elevaretur. Nunc iterum jus hoc reale ita restringat & limitet, ut non possit non effectum post se trahere limitatum. Pignus enim esse jus reale non absolutum, sed relativum, cuius ratio formalis in respectu ad Jus personale consistat, cum autem entia relativa debilioris sint naturæ quam absoluta; longe quoque debilius esse Jus pignoris, quam Jura realia absoluta Dominii & Servitutis, quod ne ipse quidem HAHNIUS in Tractatu de Jure Rerum lib. 19. n.2. diffiteretur; Actionem proinde hypothecariam ex hoc peculiari Juris realis genio profluentem, non simpliciter, sed conditionat & ex hypothesi non soluti vel oblati debiti rem, adeoque alternativè vel hanc vel solutionem persequi. Inspergit huic discursui præterea Duc. Unum. Pignus nihilominus esse Juris in re speciem, Alterum. Ne illud quidem, quod actio realis præstationum personalium prorsus nescia sit, universale esse. Sed si hæc omnia in formam Syllogismi reduci debeant, quis quæso erit medius terminus ad destruendam thesin supra recitatam? Profecto nullibi negavit. DN.RIVINUS a) quedam singularia circa pignus occurrere, quæ ceteris Juris in re speciebus non sunt communia, nec b) quod pignus debilioris sit naturæ quam reliqua jura realia; Exinde tamen non

con-



convincitur, hoc singulare pignori ex Legis dispositione inesse, ut non aliter nisi alternative peti possit, neq; etiam, quod ex imbecilli orbi pignoris natura irregularitatem actionis hypothecariae quoad petitum colligere liceat. Sicuti vero pro defensione facit, quod pignus sit species juris in re, ita quamvis concedatur, cum ipse Imperator id innuat in §. 20. *I. de Action.* quasdam actiones reales non videri esse ignoras praestationum personalium, attamen cum Serviana & Quasi Serviana habeantur saltem pro realibus *in preced.* §. 7. *I. b. I.* tribus Judiciis in d. §. 20. expressis annumerari nequeunt. Quam apte autem remedium, *L. 2. C. de R. V.* pro declaranda regulâ de actionibus realibus adducatur cuilibet, nisi talpa cecior sit, ad oculum patet.

### XXXI.

**A**ltera observatio, quod à Jure personali pignus ita dependeat, ut tanquam accessiorum sine obligatione principali ne ad momentum quidem esse, vel subsistere possit, ex allegata *L. 5. pr. ff. de pignor. & hypob.* haud probatur, cum tradat saltem, pro quibus obligationibus res pignorari possint; *Nec L. 2. ff. de pecul. Legat. & L. 19. ff. de dolo malo,* quae regulam saltem de accessoriis exhibent, hic recte applicantur per supra deducta *rb. 21.* Imo si vel maxime hæc concedantur, quod in præjudicium veritatis fieri nequit, non tamen pro medio termino haberi possent ad probandam alternationem in petito hypothecariae: Sicuti nec hæc illatio procedit: In arbitrio Possessoris est per oblationem debiti non modo obligationem, sed etiam Jus reale intuitu illius competens dissolvere: Ergo alternativè contra Possessorem petendum. Nec etiam illa: Jus fecit possessori liberandi pignoris potestatem: Ergo circumscriptis jus hoc reale certis limitibus, ut sine alternatione res oppignorata peti nequeat. *In fine hujus §. subjungit Author judicium suum: RIVINUM confundere petitionem alternativam, quæ per hypothecariam urgetur, & simpli- cem, quæ in actione personali contra debitorem instituitur. Extra controveriam enim esse, solam personalem contra Debitorum institui posse, nec cum hac hypothecariam concurrere, si pignus Debitor non possideat. Tandemq; concludit: Erit itaque actio hypothecaria contra quemcumque instituatur, semper aquæ realis, nec ad praestationem personalem tendet, quatenus est realis, sed quatenus est realis limitata, cum possessor electionem habeat ex juris dispositiōne, velitne pignus dimittere, an debitum solvere, rectissimè hypothecariam intentans libellum alternative concipiet, cum limitata causa, limitatum producat effectum. Judicent nunc illi,*

*Dpetis*

*Quis meliori luto fixit precordia Titan,*  
num jure imputatur hic confusio DN. RIVINO ? qui nullibi negavit , solam personalem contra Debitorum institui posse , nec affirmavit eam semper cum hypothecaria concurrere : Annon potius improbanda intempestiva Adversarii subtilitas , qui actionem hypothecariam contra quemcumque instituatur , concedit semper esse æque realem , nec ad personalera præstationem tendere , quatenus est realis , quatenus autem esset realis limitata , propter electionem possessoris velutine hypothecæ cedere vel debitum solvere , sine alternatione peti hand posse .

### XXXII.

**D**Einde reprehendit Author Disputation. in specie HAHNIUM & LAUTERBACHIUM quod ex L. 66 ff. de Evid. colligant auctorem in hac actione posse tantum simpliciter pignus persequi , non etiam simul alternative solutione petere . Ceterum quod HAHNIUM attinet , hic textus in obs. ad Wef. Tit. de Edendo n. 4. ne quidem ab ipso est allegatus , LAUTERBACHIUS vero argumento b. I. usus in concl. Forens. Exerc. VII. th. 14. & in coll. Theor. Pract. adff. d. t. §. 21. se clarius explicat ad Tit. ff. de Pignor. th. 76. quod per nudam possessionem intelligenda ea , quæ est sine proprietate . Quamvis ergo propositione exclusiva non excludat subordinata & connexa , non tamen solario debiti videtur esse subordinatum quid , aut connexum restitutiois hypothecæ , sed potius contrarium , quod pignus penitus tollit & extinguit .

### XXXIII.

**T**AXAT tertio BACHOVIUM , quod putet possessorum pignoris non contraxisse , adeoque cum non sit ex conventione obligatus , nec ratione debiti à Tertio contracti conveniri posse , ac operose deducit , obligationes oriundi non solum ex conventione & delicto , sed etiam ex variis caularum figuris , iuxta L. 1. pr. ff. de O. & A. In specie vero de hypothecariâ afferit , obligationem non ex conventione , sed ex detentione pignoris & Legi oriundi , ita ut Possessor non directè sed per indirectum , quatenus detinet rem obligatam , non absolutè , sed ex hypothesi retinendæ rei , in qua Actori Jus pignoris constitutum , sit obligatus ; Cum enim res ad illum cum suo onere & pignoris nexu transierit , æquum esse , ut si retinere rem velit , eam isto nexus libret , debitumque in cuius securitatem obligata fuit , creditori persolvat ; inde ex juris dispositione ortam alternativam possessoris obligationē ejus esse natura , ut utrumque peti possit , non copulativè & simul , sed disjunctivè & sub electione hunc in modum : peto vel restitutionem pignoris vel solutionem debiti , si pignus refinere malis , utrum tu velis . Haec primo ad spectu factis speciosa apparent . Verum si accuratius considerentur , evidenter constabit , secundum ea quæ huc usque proposita , possessorum hypothecæ non esse personaliter obligatum ad solutionem debiti ab alio contracti ; nec ex detentione pignoris provenire obligationem propriè sic dictam , sive juris vinculum , quo necessi-

tate quadam adstringeretur Possessor ad solvendum debitum; neque eiusmodi obligatione nasci ex assistentia legum, quorum expressam hoc passu dispositionem extare, nondum probatum dedit Author Disputationis. Salva proinde manet thesis Bachoviana, quam B. SVENDENDÖRFF. ad Fibig. l.c. his verbis expressit: *Possessor qui nihil contraxit, ex debitoris obligatione conveniri nequit.*

XXXIV.

**Q**uarto declinare satagit Autor Disputationis argumentum ex L. 6. §. 1. *aff. de Re jud.* defumptum, quod in forma potest ita efferi: Ubi unum est in obligatione, alterum in facultate solvendi à lege tributa, ibi ad prius faltem condemnatio dirigenda; Vel ut loquitur BARTOLUS ad b. l. si unum est in obligatione, aliud in solutione, illud solum petetur, quod est in obligatione. Atqui in hypothecaria sola pignoris restitutio est in obligatione in solutione vero oblatio debiti. Ergo hæc alternativè in petitionem & condemnationem venire nequit, sed sola pignoris restitutio. Respondeat Author Disput. (1.) ex allegata lege demonstrari non posse libellum alternativum in actione noxali non obtinere, vel illa conventum non esse alternativè condemnandum, ut potius contrarium ex casu ibi proposito de decem aut noxae dedere condemnato, luculententer appareat; Inde Dd. communiter statuere in actionibus noxalibus libellum alternativum non solum admitti, sed etiam necessarium esse, quod sine pecunia plus petitionis omitti non possit. (2.) ibidem agi non de actione noxali, sed de actione iudicati ex causa noxali; Hæc ad actionem hypothecariam, tum quia realis, tum quia inter servum & damni estimationem non talis proportio, qualis inter nexum pignoris & debitum, nec similis accessoriū ad principale habitudo nullo modo, cum à diversis malè fiat illatio, applicari posse. (3.) Absurdum esse, si quis dixerit, pignoris restitutionem esse in obligatione & in solutione solutionem; non enim hic agi de debito, quod lex alio modo, quam in pecunia solvere permisit. Desideramus hic iterum formalem applicationem ad argumentum propositum. Ut enim taceamus, haud extra dubium esse, an in actione noxali alternativè concludi possit, cum dissentientes deprehendamus JOH. DE PLATEA ad Rubric. de noxali action. PANNORM. Vol. I. cons. 88. ANG. DE ARETIO ad §. præterea 31. I. de Action. Jaf. ad d. §. n. 67. BARENSEM in Tract. de formandis Libellis libell. 87. in Tract. Tract. Tom. 3. part. 2. TUSCH. concl. 313. n. 12. Lit. L. SCIPIO GENTILIS de Div. & Individ. oblig. cap. 9. p. m. 60. PAUL. CHRISTIN. Decis. Belgic. 188. vol. 2. n. 1. altosque; Imprimis verò nos arridet sententia WISSENBACHII Disp. 21. ad Tit. ff. de noxal. action. n. 24. eiusque Discipuli ULRICI HUBERI in praetext. ad tit. Inst. de nox. act. n. 2. & de offic. Judic. n. 5. estimationem propriè esse in obligatione, noxae ditionem in præstatione, utrumque sententia quidem inferendum, sed estimationem damni principaliter, noxae ditionem per consequentiam; Ita ut directè quidem secundum propriam actionis naturam reus condemnetur, ut damnum sarciat, officio tamen Judicis si-

mul.



mul continetur, ut Reus noxa ditione liberetur §. i. I. de offic. Judic. conf.  
GEORG. DAVID. LOCAMER. ad pr. I. de noxal. act. lit. c. & DN. BER-  
GER. in Program. Refol. LL. obſt. annexo pag. 906. seq. Daß Bell. den von  
seinem Knechte gethanen Schaden an 10. fl. daferne er besagten Knecht  
Klägern auszuantworten nicht gemeynet, denselben zubezahlen schuldig. Ni-  
hilominus tamen Major propositio ex d. l. 6. §. 4. salva remanet; Nec quic-  
quam in contrarium operari potest, quod multis modis à se invicem diffe-  
rant actio judicati ex causa noxali & hypothecaria, sufficit in eo convenire,  
quod in utraque unum tantummodo sit in obligatione, alterum insolutione,  
id est, ut explicat BRUNNEM. ad d. l. n. 4. quod pro re debita potest solvi,  
licet peti non possit. Adde COLLEG. JUR. ARGENTORAT. Tit. de ſolut.  
§. 9. Quod relat in civile videtur, absurditatis aliquem insimulare, qui dixer-  
it pignoris restitutionem esse in obligatione, & in solutione id est in potesta-  
te solvendi, debiti refuſionem, cum id ipsum analogiae Juris nequaquam ad-  
verſetur.

### XXXV.

Ergit quartò Author Disputationis, poſquam sub finem TH. 18. in. hæc  
verba eruperat: Quid opus est verbis, cum L. 16. §. 3. ff de Pignor. reo hoc  
vel illud eligendi potestatem fecerit, ejusque maximè interſit, ne hoc legis  
beneficio ſpolietur. Quoties vero reo electio competit ejusque interefſ ſen-  
tentiam alternativè pronunciari, toties libello alternativo locum relinqui  
teſtatur CARPZ. P. r. C. XI. def. 7. allegatam legem 16. pro clypeo, ad ex-  
cipiendoſ adverſae partis iſtus firmiſſimo venditare, tentatque refutare BA-  
CHOVIUM qui dixit fieri ex accidenti, quod ob ſolutionem debiti absolva-  
tur Posſeffor, cum & alio ſolvente extinguitur pignoris obligatio. Aliſ non  
reprehendendus ob id BACHOVIVS; cum ſolutio à quoque demum fiaſ  
deſtruat hypothecariam, ac proindè illam ad naturam atque eſſentiam ejus  
pertinere, vix ac ne vix quidem dici potest. Accedit quod regula: Quoties  
reo competit electio, toties ſub periculo plus petitionis oportet concul-  
tionem libelli eſſi alternativam, vera faltem ſit, ſi eligendi facultatem habeat  
Reus circa duo, quorum utrumq; eſt in obligatione diſjunctivè, BUTRIO. act.  
cap. 9. X. de Elec. n. 4. PANORMITAN. ad cap. 3. X. de Emt. & Vend. n. 10. ſi au-  
tem ad unum tantum eſt obligatus, alterum vero potest, ſi velit, praefare, tunc  
potius plus petere Actorem, qui id in Libello ponit, ad quod reus non eſt ob-  
ſtrictus ZABARELL. ad cap. cum dilect. 3. X. de Emt. & Vend. §. ſecundo oppo-  
no. de SPINELIS ad d. §. Item Serviana j. de Action. Solutionem autem pecunia  
non eſſe in obligatione, ſed tantum in facultate, ſupra eſt oſtendum, atque  
communicari ab illis quoque conceditur, qui in hypothecaria alternativam  
conclusionem admittunt vid. BALDUS Vol. 1. Conſ. 25. BUTRIO, IMMO-  
LENSIS, PANORMITANUS ad cap. 5. X. de pignor. n. 4. De cetero imper-  
tinenter adductum teſtimonium CARPOVII, ut pote quid d. cum THOM.  
GRAMMATICO Decif. Neapol. 68. n. 2. & BERLICHIO Parr. 1. Concl. 28.

n. 37. agit de mutatione Libelli alternativi, quod pure concipi nequeat post  
litis contestationem, per quam reo jus quæsitum, ut litem coeptam prosequi  
teneatur actor.

XXXVI.

**T**andem Autor Disputat. BACHOVIVM pro fundatore sententia singu-  
laris, quam hic usque impugnavit, habet, eique ipsum BACHOVIVM  
opponit, ratus se inventisse, non quod pueri in faba, Ceterum sicuti resolu-  
tio quæstionis proposita affirmativa, vix ac ne vix quidem Privilegium antiqui-  
tatis ex perversta Judiciorum observantia & communis Dd. calculo præten-  
dere potest, ut putat Author Disput. th. 4. siquidem ex Ciceronis Epistola ad  
familiar. 56. Lib. 13. ubi scribit: *Philotes Alabandensis hypothecas Clusio de-  
dit; ha commissa sunt. Velim cures, ut aut de hypothecis decedat easque Pro-  
curatoribus Clusii tradat, aut pecuniam solvat: haud dicitur, ipsius quemlibet  
possessorem pignoris instituta actione hypothecaria, ut aut hypotheca cede-  
ret, aut debitum solveret, adigi potuisse: Loquitur enim de ipso debito  
quod & observavit BRISSONIUS de formul. & solen. Pop. Rom. verb. lib. 5.  
pag. 442. edit. Francof. de quo nullum est dubium quin ab eo solutio debiti  
aut hypothecæ cessio per actionem personalem & hypothecariam, sive insi-  
tuuntur cumulativæ sive eleævitæ, procurari potuerint. Nec evincunt L. 12.  
§. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. & l. 16. §. 3. ff. de pignor: Ictos Julium Pau-  
lum & Ælium Marcianum, quorum ille in suis responsis, & reliquis com-  
mentariis magis solitus fuit, sequi strictum jus & artem ac regulam Juris, quam  
insuper habitu stricto jure inclinare ad benignitatem NIC. HENELLIUS de  
Ver. JCtis cap. 29. n. 4. Hic verò ipse causas in auditorio publico actitaverit,  
l. 1. §. ult. in fin. ff. ne de stat. defunct. alternativum libellum in hypothecaria  
approbasce. Neque etiam ex L. 2. C. s. un. ex plurib. Sub Imp. Dioclet. &  
Maximiano in confinio seculi tertii & quarti Libellum alternativum in acti-  
one Hypothecaria usitatum fuisse manifestum est; Ita *divisio causa* commit-  
titur, si fundatio sententia negativæ adscribitur BACHOVIO, quam ut alia  
taceamus, sub initio seculi decimi tertii in ROFFREDO BENEV. & subse-  
quentibus temporibus in GUIDONE, ODOFREDO, SPECULATORE,  
BALDO, de SPINELIS alisque deprehendimus, sua tamen laude non de  
fraudandus BACHOVIVS, qui in refutando TREUTLERO, existimanti ita  
agendum esse, ut res restituantur, vel pecunia solvatur, ea congestis argumen-  
ta ab aliis jam olim adducta, quibus Pragmaticorum vulgus, qui ex igno-  
ratione Juris ait, aut cedat, aut solvat, ANTON MORNAC. ad l. 17. & 41.  
ff. de pignor. eruditri potest, secundum artem juris in hypothecaria alternativæ  
non esse concludendum. In Tractatu autem de Action. D. 3. th. 32. respexit  
officium Judicis, qui, cum utile per inutile non vietetur, ex æquitate, post ha-  
bito Juris rigore admittere debeat libellum alternativæ concludentem;*

Quæ duo inter se haud pugnant, sed sunt compatibilia.

F I N I S.

97692

01 A 6583




3

56.

VOR







3.

DISPUTATIO JURIDICA  
*De*  
LIBELLO  
IN  
ACTIONE HYPO-  
THECARIA RITE  
FORMANDO  
*Quam*  
Consensu Illustris JCtorum Ordinis  
in ACADEMIA LIPSIENSI  
defendent  
*PRAESES*  
D. JOH. FLORENS RIVINUS  
&  
*RESPONDENS*  
M. JOH. FRID. HOECKNERUS.  
*Ad diem 17. Jun. MDCCVI.*

LIPSIAE,  
Literis ANDREAE ZEIDLERI.